Compendium

Privilegiorum Frum Minorum

523

523-9-7

806

tor eſſe; quia l...
tiabāt ...is. Scie...
ſophia quod à ...
ſibilis eſt regreſſ...
ad articulos reſurrectionis credē...
turalis non ſufficit. Ex puteo profundo aqua
minime poteſt exhauriri fune longitudinis
trium cubitorum: quare ſi prolixe quis conc-
tur aquam haurire tādem in puteum cadet;
& ... corpus noſtrum in ci...

ſita; & ...
Non ſolus ... d cum eo ...
venerunt am... ul: & ipſe Ioannes expreſ- Ioan. 20.
ſius enarrat, quæ hic Lucas breui ſermone cō
plectitur. Solū autē Petrum nominat Lucas
tanquā ſeniorem, feruentiorē, & principalio...

otra al Juan en del bal Suero del arroio del bal y que tro quar los tasos en Zamora
Zgo de don ... delarriba = adezena obrada tasosen Conce...
otra al bal lindero tierra de Juan Suero del barrio ... camino del bal
de las monjas de Calabazanos ... del Concejo ... obrada
tasosen duzientos reales ——
otra tierra del Camino de billa lobon ... dicho Camino ... con que ...
de la tierra de Juan ... arnal ... obradas tasose en ... reales ——

nima noſter ... rationem ...
rectio ... opus ſolius Dei: qui eſt ſupra natu-
Ezec.37. ram. In Ezechiele habetur quod duxit illum Dominus in campum plenum oſsibus mortuorum: & dixit. Putas ne viuent oſſa iſta? Et quanuis propheta vaticinabatur non ſurrexerunt donec venit ſpiritus Dei, &c. Igitur ſi aliquos potuit Chriſtus ſuſcitare, cur non poterit ſuſcitare ſeipſum? Ipſe enim ait. Ego qui
Eſai.30. alios plorare facio: & ipſe non plorabo? Ipſe qui alios parere facio, ſterilis ero? Vt oſtenderet Deus quod habebat poteſtatem ſuſcitandi mortuos, voluit in veteri lege ſuſcitare aliquos vt fecit temporibus Helię & Heliſæi: vt
3.Reg.17.
4.Reg.4.
Matth.9.
Luc 7.
Ioan.11.
diſceret mundus quod poterat filium ſuum vnigenitum ſuſcitare, ille qui alios ſuſcitabat. Chriſtus filiam Archiſynagogi, & filiū viduę, & Lazarū ſuſcitauit: vt inſinuaret quod imperium habebat ſupra mortem ipſe mortis deſtructor: & ſecum poterat ſua diuina potentia idem facere, quotieſcunque voluiſſet. At-
Ioan.10. que ideo dixit. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi illam. Nullus enim facilius tunicam exuit, & illam ve-

... cā aliam apparitionē pulchrè differentem: in hunc modū *Et ecce duo ex illis ibāt ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Heruſalem nomine Emaus.* Defectus prudentiæ eſt res magni momenti relinquere, atque obliuiſci ne parum diligētię adhibeatur. Nam pulchrum & quod magni pretij eſt abſque labore ſeruari non poteſt: quod ſi forſan amittitur, diligētia & ſolicitudine quęrendū eſt. Adeo care Chriſtus redemptor noſter illos ſuos Apoſtolos emit atque diſcipulos, vt non ſolū laborauerit illos docens & fouēs lacte ſuæ ſacratiſsimę doctrinę: ſed etiam quod plus eſt ſanguinē proprium dedit in redemtionis pretium, & eorū amore vitam amiſit. Non enim decens erat eos, quos Chriſtus tā magno pretio emerat vidēs deſtitutos, incredulos, & adinuicem ſeparatos, relinquere, & pati perſiſtere in ſuo errore, vt fructum eorū amitteretur, quēo[illegible] ipſe in eis effecerat, pro modico labore [illegible]gentia, quam adhibere debebat po ſt [illegible]urrectionē eis viuus & glorioſus ap[illegible]t ad ſeipſum redirēt. Cū
ergo

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA P...

[illegible] conſolationem [illegible] ut
dulci Chriſto ſolatio frui valeres. Triſtes ambulabant illa via, mortis & paſsionis ſui chariſsimi magiſtri memores: diffidentes iam de reſurrectione. ¶ Obſerua autem quod in ipſa die reſurrectionis iã iſti diſcipuli diffidebant, & ideo dicit euangeliſta quod ipſa die ibant in Emaus, Si dies ille trãſiſſet aduẽiſſetque iã quartus, aut quintus, nihil mirũ ſi ambigerẽt & diffiderent: mirabile autẽ nimium eſt quã increduli erant diſcipuli iſti ſiquidem eadem die, nondum enim tranſierat, dubitabant iã. Siquis ſponderet ſe daturum tibi centum aureos certo die Ioannis, ſcilicet, Babtiſtæ, & eo dem met die mane, ante meridiẽ quererere, & diceres, te iniuria affici ab ſponſore, profer reſque illum inique egiſſe, nec promiſsis ſtetiſſe: nõne hoc male audires? Omnes dicerẽt. Amice, quid quereris? nondũ abijt dies, nec veſperaſcit, veſperi enim [illegible]onferat quod tibi pollicitus eſt nõ frange[illegible] miſsionem, tẽpus etiam reſtat. Ipſa inq[illegible] Nõdũ enim luceſcit, & iam diffidunt. [illegible]eri incipiũt quid largiri, quando iam tu diffidis nec conſequuturum quod petis ſperas: vt ſcias Deum melius ſcire dare, quam repetere. Quis nam exiſtimaret Habrahamo gladiũ in altum ſub- Gen. 22.
latum habenti dicturum eſſe Deum ne extẽdas manum tuã ſuper eũ? Quis diceret quod Deus optimus ſanctum Iob ad duplicatã glo- Iob. 42.
riam, cum adeo eſſet abiectus veheret: & Io- Ion. 3.
nam de ventre ceti educeret nec non Suſannam iam morti traditam, illique proximam, eriperet? Conſtituit Deus homines in cõflictu Dan. 13.
vt propriam ſapientiam deſpiciant, eamq; cõſtituam in Deo. Dominus mortificat, & viui- 1. Reg. 2.
ficat: deducit ad inferos, & reducit. Sic Da- 1. Reg. 23.
uid cũ iam deſperabat poſſe euadere manus Saul, Dominus liberauit eũ. Ne deſperemus ergo de miſericordia Dei: nam & ſi moratur ipſe opportune adiuuabit nos: in maiori ſcilicet, anguſtia. Cum Holofernes obſidebat Bethuliam, cœperunt Hebræi Deum ipſum vocare, à quo cum non exaudirentur diffidẽtes, dixerunt Oziæ ſacerdoti. Iudicet Deus inter nos & inter te &c. quoniam feciſti in nos

mala

Ad quē venit rex e celo: amictu ſeraphico: ſex alarū tect⁹ velo: aſpectu pacifico: affixuſq; crucis telo: portentu mirifico. ℣. Signaſti dn̄e ſeruū tuū Frācīſcum. ℞. Signis redēptiōis noſtre.



# Compēdium Priuilegiorum fratrum m norum: necnon et aliorū fratrum mēdicātium: ordine alphabetico cōgeſtū.

## ¶ Reuerēdiſſimo in Chriſto patri.p.fratri Franciſco de angelis gn̄ali miniſtro totius ſeraphici ordinis minoꝝ: frater quidam Hiſpanus ſubditorū ſuorum minimus: acommodam reuerentiam.

Conſideranti mibi ampliſſime pater: noſtrorum priuilegiorū Monumēta: ſua magnitudine/pene infinita/ſua obſcuritate/ impermia: varietate ſua/ſepe ſecum pugnātia: auida inſedit cogitatio: pro mea ⁊ aliorum rudiū eruditione: qua videlicet via poſſet eoꝝ immenſitas breuiari: illuſtrari tenebroſitas: ⁊ diſcordantia in vnū conciliari. Qua cura cum diu diſtringerer: tandē placuit Supplementum/Cōpendiū/⁊ Cōcordiā ordiri. Ut qui priuilegiorū molle premuntur: ad Supplemētum cōfugiāt: qui eorum tenebris errant: ſequātur Cōpendiū: qui ſunt cōturbati eorum pugnis: Cōcordia exhilarentur. At dum operi intēdo: importuna aliquorum diligentia: qui precocos feſtināt colligere fructus: exijt Supplemētum in auſpicatū in publicum. Quapropter ad me id ſedulo aduocās: que caſtiganda erāt correxi: atq̃ nōnulla que deerant addidi. Uerum quia funiculus triplex difficile rūpitur: duos illi cōmilitones: ſub vna litterarum ſerie: veluti cōtubernales adiunxi: Cōpendiū videlicet ⁊ Cōcordiam. Que omnia tibi reuerendiſſime/ac colendiſſime pater: ea mente mitto: qua te vnicū beatiſſimi patris noſtri Franciſci ſucceſſorem: omnia minoritani ordinis diuina ⁊ humana gubernātem: ſuſcipimus ⁊ veneramur oēs quotquot Frāciſco ſeraphico noīa dedim⁹: in eiuſq̃ iurauimus regulā. Quod ⁊ ſi omnes minorite id ſummopere conentur: nos ꝙ̄ro plauſibilius Hiſpani: qui te tāto dignitatis faſtigio: ac ſumme noſtre religionis gloria: ex primoribus Hiſpaniarum/ac regio ſanguine: ⁊ nūc dedimus: et toties verum prelatū/vicariūq̃ ſancti Franciſci experti ſumus. Accipe igitur religionis noſtre iubar: qualecūq̃ hoc obſequiū: ⁊ que tua eſt ſumma poteſtas: obſeruātiſſima religio: lōga ⁊ occulata experiētia: reſcinde que ſuperſunt: que deſunt adde: ⁊ ſi que ſunt probanda/tuere ⁊ defende: ⁊ huius tibi obſequētiſſimi ſeruuli: atq̃ vtinam boni: aliquādo memento. Uale.

### Diſthicum.

Suſcipe tantillos: preſul venerande labores:
Quos me Franciſci: ſummere iuſſit amor.

### Ad lectorem: Diſthicum.

Perlege cuncta velim: ſcio te: me vera fateri
Dicturū: ⁊ grates habiturū pro inde decētes.

# Prologus.

SAltis ſuperq; optimus quiſq; novit: parentem omniū rerum: cunctos homines aliorū gratia creaſſe. Quod diuinus ille plato: ⁊ cognoſcens/ ⁊ contemplans: ad bene beateq; viuendū: hiſce verbis iam olim per os latine eloquētie protulerat. Nō ſolū nobis inquit nati ſumus: ortuſq; noſtri partē patria vēdicat: partem amici. In cuius ſententiam pedibus currēs: ne vitā ſub ſilentio trāſirem: veluti pecora que natura prona/ ac ventri obedientia finxit: pro mea virili ſum conatus/ vel minoribus non nihil prodeſſe fratribus: quorum minimus ego ſum. Qui cum ſepe numero viderem: tum pene infinitam multitudinem priuilegiorum/ bullarum/ breuium/ et conceſſionum: ceterorūq; largitorum a ſacroſancta ſede apoſtolica diuerſis tēporibus ad cōſeruationē ordinis noſtri ſeraphici ducis beati Franciſci: necnon aliorum ſacrorū mendicantiū ordinū: tum anxietatē multiplicē in extricandis/ intelligendis/ diſtinguēdis/ cōciliandis/ atq; ad cōcordiam reducendis: cepi mecum attentius cogitare: quo nam pacto huiuſcemodi laborioſo ſudori ſubuenire: opemq; ferre valerem: vt facilius/ diſtinctius/ compendioſius/ certiuſq;/ et legerentur: ac in futurum ab omnibus intelligerentur. Cui operi (ſi me non mea fallit opinio) nomen conſonum/ Compendij/ bene merito poteſt adaptari. Quemadmodum etiam opuſculum alterum in quo multa nouiter conceſſa: et alia que noſtri ordinis Monumentis deerant: non minus ſuppleta fuere: Supplemētum ſane appellandum cenſuimus. Compendium namq; appellare non veremur quod vnuſquiſq; ex fratribus/ vel ingētibus ſuis occupationibus/ curis/ atq; negocijs prepeditus: breuiſſimo poſſit tempore pede ſicco tranſcurrere/ atq; finire. Ea enim que vix toto vite decurſu: pre nimia multitudine/ ⁊ confuſione/ nec cognoſci/ nec legi poterāt: deinceps ad iſtud noſtrū opuſculū occurrētes: eius procedēdi ordinato ꝓgreſſu ſatis intellecto: poterūt ex indultoꝝ quadriga ſacrorum mendicātium ordinū exhaurire (vel etiam iuniores fratres) archana que noſtris maioribus haud reſerata fuere. Ideoq; poſthac optimi fratres ne vos peniteat iſtud noſtrum voluere ſepe libellum: cum iam diu perſuaſum ſit multis ex vobis: illum (noſtra tamen regula prepoſita) ſecundum vite librum nominare. ¶ At vero ne quēpiam huius noſtri operis lectorem: inſuetum per iter deuiare contingat: placet (ne forte illum ignorantie precipitium aliqua ceſpitatione depellat) eidem ipſi viam aperire planam: ⁊ quaſi offenſionis lapillos a pedibus remouere ſuis: ramoſq; denſos a capite eius amputare libet. Ne ergo vagari incipias mi candide lector: indicem in primo libro aperto te conſulere oportet: vt foliorum vices ne ſit opus verſare toties. Et vero omnia que in huiuſmodi compendio: quod pro cōmuni vtilitate mēdicantium ordinum: non tantum in Hiſpaniarum partibus verūetiam vbilibet conſiſtentium: aliorūue religioſorum qui eorūdem priuilegijs gaudent ordinatum eſt: ab omnibus prefatis precipue intelligi queat: operepreciū eſt in primis aliqua premittere. ¶ Sciēdum eſt primum: in prouincia ſancti Jacobi a viginti annis retro lapſis per quoſdam minores regularis obſeruātie fratres eorum dictorum ordinum: non parum eruditos: ex eorūdem priuilegijs duas compilationes editas fore: quarum quelibet Monumēta ordinis minorum intitulata eſt. Quorū exemplo ductus nuper (vt ſupra mentionem fecimus) aliam copilationem ſub nomine Supplementi in lucem dedimus. Ex quibus omni-

Ratio denominationis preſentꝭ operis.

bus hoc Compendium alphabetico ordine congeſtum: ex precepto reuerẽdiſſimi patris fratris Franciſci de angelis: totius predicti ordinis mino. generalis miniſtri edidimus. In hoc autem libello nemo ſicut in ceteris priuilegiorum libris poterit allucinari / ſeu oberrare. Nã que in ceteris cõfuſa erãt: velutiqꝫ in immẽſo pernigroqꝫ chaos condebantur mixta / ac laborioſa fuere mora reperta: in iſto diſtincta: ⁊ ordinato progreſſu: in ictu oculi (ſi dicere licet) reperient̃. Quapropter huncce libellum non ab re Compendiũ libuit appellare: in quo precincta breuitate: nec tamen reruꝫ omniũ abſciſa copia: veluti in bene culto ac ameno hortulo: que immẽſa librorum papiro diſperſa fuerant recondũtur. Unde fiet vt quicũqꝫ hoc Compendiũ apud ſe habuerit: nullatenus indigeat reliquis priuilegiorũ libris: niſi cum caſus euenerit vt aliquid in iudiciali foro oſtendere ſit opus: aut cũ nimia curioſitas hoc expetiuerit. ¶ Dehinc ſciendũ eſt: huiuſmodi opuſculum ſubſequenti modo et ordine eſſe confectũ. Ponuntur enim in qualibet dictione / ſeu materia: omnes ſummi pontifices qui circa illam aliquid conceſſerunt / aut ſtatuerunt: procedendo ordinate iuxta illorum antiquitatem: ita ꝙ antiquitate priores: in quauis materia: ſemper preferuntur ⁊ priores ponũtur ſuis ſedibus ordinatis vſqꝫ ad Leonem. 10. peruenuſta proceſſione ⁊ ſucceſſu: ꝙꝙ meo labore maximo: ſed vt reor non inutili. Iuxta quod cauendum erit nequis priora cuiuſqꝫ dictionis / ſeu materie abſqꝫ poſteriorum lectione velit iudicare / aut ſequi: cum aliquoties non reſpondeant vltima primis. Ordo tamen predictus quandoqꝫ propter ampliorem diſtinctionem / ⁊ claritatem materiarũ: preſertim in dictionibus Abſolutio / ac Indulgentia: ⁊ in quibuſdã alijs variatus eſt. In huiuſmodi enim dictionibus preponuntur omnia que directe fratribus conueniunt minoribus: ⁊ ſubſequũtur que ad alios mendicantes concernunt: ſed per cõmunicationem ad prefatum etiam ordinem minorũ pertinent. ¶ Aduertere etiã oportet: in pleriſqꝫ dictionibus precipuas materias priuilegiorum continentibus: quaſdam diſtinctiones (deſeruientes ꝙplurimum ad intelligẽtiam eorum que inferius annotantur) ante poſitas eſſe. Pro huiuſmodi autem diſtinctionibus deſeruiũt numeri quotationum qui in marginibus iuxta conceſſiones ponuntur. Conferunt etiam prefati numeri ad inueniendum remiſſiones que in hoc cõpendio: de cõtentis in eodem ad varias dictiones eiuſdem Compẽdij ſepe fiunt. ¶ Scire vlterius expedit: vt quia ſummorum pontificum littere (vt vulgo ſepe numero fertur) tantum valent ꝙtum ſonant (in multis enim ex ipſis ſolet eſſe ſepe pro ratione voluntas) ea propter omnia que in hoc opuſculo continentur: ad litteram fere (paucis tamen dũtaxat abſtractis / mutatiſqꝫ verbis) propter melio rem ordinationis prouẽtum traducta ſunt. Omiſimus autem omnino principia fineſqꝫ bullarum / et breuium: niſi vbi hec pro intelligentia conceſſionum / aut ordinationum exigebantur. Solum enim medull[illegible]um / ſeu granum priuilegiorum: oſſibus / palleiſqꝫ procul pulſis: [illegible] tranſcribere curauimus.

¶ Aliud quod eueſtigio legenti prem[illegible] [illegible]oſtrare volumus eſt: ꝙ vt ambigat ſane [illegible] [illegible]deliter vndequa[illegible] [illegible]uaqꝫ traduxiſſe: in cuiuſqꝫ cõceſſionis / ſeu ordi [illegible] nemo: me [illegible] poſitũ eſſe [illegible] nationis calce: ap[illegible] [illegible]e quoto / qualiue priuilegiorum libro extracte ſint: caratheribus quibuſdam / numerarijſqꝫ ſignis id inſinuãtibus. Cum enim tu amate lector: litteras ſeorſum exaratas / ſeiunctaſqꝫ reperies: que quoto libro: quoto folio: quoue tractatu cõceſſiones ille preſcripte ſunt: ſua breuitate com[illegible]

De modo / ac ordine procedẽdi i ſequẽti opere.

[illegible]ratio 5

[illegible] ſura [illegible] u hoc li pro ꝯtẽta[illegible]

monſtrant. Ex quibus litteris primū.f.ſimplicē tibi aſſigno: quod cū inuenies
in fine cōceſſionū ſeorſum exaratū: videas quid innuat.fo.ideſt folium: ⁊ non
folium de hoc libro: ſed de libro Monumenta ordinis prime impreſſionis vul
gariter nūcupato. Si vero geminatum.ff.intueberis: vide quid ſibi velit.ffo.
ideſt folium in libro prefato Monumenta ordinis ſecūde impreſſionis. Tunc
quoq; ſi triplicatum.fff.inſpexeris: videas quid moneat.fffo. ideſt folium in li
bro quem Supplementum appellari diximus. Cum vero quepiam de his tri
bus codicibus in noſtrum Compendium traducta: alia ſint ſub auctentica/
tis bulla/ſeu breui/aut oraculo viue vocis: quedam autem abſq; auctentica/
tione cōſiſtant: libuit eueſtigio ſuppoſitis alijs quibuſdam litteris: ambigui/
tatem huiuſmodi abolere: eiſdemq; characteribus veram certitudinem breui
ter indicare. Littere autem ſunt.b.B.o.O. Ecce enim cū reperies iſtud.B.
maximum: ex bulla/ſeu breui: et ſub auctentico proculdubio conſiſtere cenſe
bis. Quando tamen.b.paruum offenderis: id ipſum per bullam/aut breue
obtentum ſcito extitiſſe: non tamen ſub auctentico conſignatum intelliges.
Jam tunc ſi.O.magnum obuiam incideris: illud viue vocis oraculo flagita/
tum fuiſſe perſuaſum habeto: idemq; ſub auctentico conſiſtere ſcias. Sed cū
o.paruum apparebit: id idē viue vocis oraculo expoſtulatum: non tamen ſub
auctentico arbitrabere contentum. ¶ Id vnum tandem mihi ſupereſt in hu/
ius prefationis portu lectorem admonere: me in fine nonnullarum cōceſſionū
que aliquibus forſan obſcure/atq; difficiles videri poterant: ſeu in quibus
aliquid addendum: elucidandumq; operepreciū viſum eſt: aliquas additio/
nes et declarationes appoſuiſſe: prout tā ex multiplici lectione: q̄ ex collatio/
ne cū eruditiſſimis/ac probatiſſimis patribus ordinis: necnō et iuris peritis
recolligere potuimus. Sed vt prefate additiones a conceſſionibus/ſeu ſtatu/
tis quibus adiuncte ſunt euidenter diſtincte apparerent: e regione vnius cu/
iuſq; ipſarum poſita eſt hec dictio Collector. ¶ Gratulabitur ergo regulariū
inſtitutionum ſtudioſa iuuentus: id nouitios breui aſſequutos: cuius nec exi/
guam partem poſt diuturnos ſudores: patres emeriti vix tandem ſibi theſau/
rizare valebant: noſtreq; ſedulitatis/⁊ officioſi laboris non immemor: vt eiuſ
modi labor in conſpectu altiſſimi ſit gratus deprecabitur.

## Explicitus prologus.

### Ad lectorem. Diſtichum.

Que fuerant varijs: longe voluenda libellis:
occius hoc poteris: ſtringere faſciculo

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROVINCIA ... PALENCIA

Jn laudem ſeraphici Franciſci minorum patriarche.



¶ Suſcipe ſalutes: pr̄ Franciſce minoꝝ:
quas filius mittit: paruulus iſte tuus.
O pr̄ in nr̄is: merito celeberrime ſeclis:
cui mundi gloriam: ſpernere cura fuit.
Qui xp̄i primus: imitans veſtigia doces:
nos paupertatis: querere diuitias.
Cui deus electam: tali pro viuere ſedem
ſtatuit: et celi gaudia ſumma dedit.
Funde preces domino: miſeri deuote precamur:
adiuuet vt filijs: o patriarcha tuis.
Pro cuius merito: meritis vicarij chriſti:
ordini dederunt: tot pater ample tuo.
Que quia diuerſis: fuerant diffuſa libellis:
hoc compendio ſunt: modo collecta ſimul.
Jn eo ſummatum eſt: quod per prolixia verba:
per longam fuerant: ante querenda moram.
Queq; prius fuerant: poſita ſine ordine: modo
per alphabeti: compoſuit ſeriem.
Si vellis ad longum: horum perlegere quicq̄:
numeri ſunt quote: vt citius inuenias.
Proq; petit tanto: collector paſſo labore:
vt ſibi faueant: veſtre deuote preces.

Poeta quidem ad Lectorem: Tetraſtichum.

¶ Qui cupis errores obſcuros pellere: librum
qui lucem cecis reddere nouit: eme.
Letari poteris: non intellecta fuere:
que tibi ſub paruo codice: aperta legis.

Aliud tetraſtichum.

¶ Plurimus hinc pridē: procul improb⁹ exulat error.
Multorum errores pellere: quid melius?
Paruum opus eſt video: nunq̄ hoc tibi iure negarim.
Parua ſed interdum: ſcis precioſa magis.

# Dictionarius index.


Abbas folio.1.
Abbatiſſa folio.1.
Abſolutio ordiaria quoad frẽs fo.2.
Abſolutio extraordi.quoad fra. fo.6.
Abſolutio quoad ſeculares.1. fo.8.
Abſolutio quo ad ſclares.2. fol.10.
Accedere ad mõaſteria monia. fo.12.
Altare folio.13.
Appellare folio.13.
Apoſtare folio.13.
Baptizare folio.16.
Benedicere eccleſiaſtica fo.17.
Bona folio.18.
Canonica portio folio.19.
Caplm gñale ⁊ ꝓuiciale fo.20.
Caſus reſeruati folio.20.
Celebratio diuinorum folio.20.
Clauſura monialium folio.21.
Commiſſarij fratrum folio.22.
Communicatio priuilegiorum fo.23.
Communicare folio.25.
Commutare folio.26.
Conceptio beate virginis folio.26.
Concilium folio.27.
Concordia folio.28.
Confeſſiones ⁊ cõfeſſores fo.28.
Confirmatio prelatorum folio.29.
Conſecrare res eccleſiaſticas fo.29.
Conſeruatores ordinis fo.29.
Conueniri in iudicio folio.30.
Conuentiones folio.30.
Conuentuales fratres folio.30.
Correctio fratrum folio.31.
Corporalia folio.32.
Credo folio.32.
Cruciata folio.33.
Cuſtodes fratrum folio.34.
Dare folio.34.
Decime folio.34.
Declarare ⁊ determinare folio.35.
Diſpenſatio folio.35.
Eccleſie fratrum fol.37.
Edificare folio.38.
Egredi ex ordie vel mõaſterio.fo.40.
Eijcere ſeu expellere ab ordie fo.40.
Electio folio.40.
Elecmoſina folio.41.
Epiſcopi folio.42.
Eucbariſtia folio.43.
Exactiones folio.43.
Excommunicatio folio.43.
Exempti fratres ꝑticulares fo.46.
Exemptio folio.47.
Familiares fratrum folio.49.
Feſtiuitates ſanctorum fo.50.
Franciſcus pater ſeraphicus fo.51.
Generalis miniſter folio.51.
Gloria in excelſis deo folio.52.
Guardiani fratrum folio.52.
Gradus ſcholaſtici folio.53.
Habitus fratrum folio.53.
Heredes ⁊ hereditas folio.54.
Hereſes ⁊ hereticus folio.55.
Ieiunium folio.55.
Impetrare lr̃as aplicas fo.56.
Incarcerare fratres folio.56.
Incorregibiles fratres folio.56.
Indulgentie quoad fratres fo.56.
Indulgẽtie quo ad ſeculares fo.68.
Infirmi fratres folio.76.
Ingredi mõaſteria monialiũ fo.76.
Inq̃ſitores heretice prauitatꝭ fo.79
Interdictum folio.80.
Itinerantes fratres folio.85.
Laici fratres folio.85.
Legata folio.86.
Licẽtiare frẽs vel moniales fo.86.
Loca fratrum folio.86.
Magiſter folio.86.
Mendicare folio.86.
Miniſtri folio.86.
Miſſa folio.87.
Monaſteria folio.88.
Moniales folio.89.
Mulieres nõ moniales fo.91.
Nouitius folio.92.
Obedientia folio.94.
Oblati fratrum fol.94.
Obligationes folio.94.
Obſeruantes fratres fo.94.
Octaue feſtiuitatum fo.95.
Officia ordinis folio.95.

Officium diuinum folio.96.
Oracula viue vocis folio.99.
Ordines ſacri folio.99.
Ornamenta eccleſiaſtica fo.100.
PActa Folio.100.
Paramēta eccleſiaſtica fo.100.
Parentes fratrum folio.100.
Parrochia folio.100.
Paupertas folio.101.
Portio canonica folio.102.
Poſſeſſiones fratrum folio.102.
Predicatores verbi dei fo.103.
Prelati folio.104.
Prefatio miſſe folio.104.
Preſentatio confeſſorum folio.104.
Priuilegia fratrum folio.105.
Probatio nouitiorum folio.108.
Proceſſiones folio.108.
Procuratores fratrum folio.108.
Profeſſio fratrum folio.110.
Promotio ad ordines folio.110.
Protector ordinis folio.110.
Prouintia folio.110.
Prouintiales folio.110.
QUarta portio Folio.110.
Queſtuare folio.110.
REcipere Folio.111.
Reformare folio.111.
Reuocare folio.111.
SAcerdotium Folio.111.
Sacramenta folio.111.
Scrupuloſi fratres folio.112.
Sepelire et ſepulture folio.112.
Seruitores fratrum folio.113.
Simonia folio.113.
Sorores tertij ordinis folio.113.
Stationes vrbis folio.113.
Statuta ordinis folio.113.
Stigmata folio.114.
Studentes fratres folio.115.
Succedere folio.115.
Superfluitates folio.115.
Suſpenſiones folio.115.
Syndicus folio.116.
TErtiarij frēs ⁊ ſorores Fol.116.
Trāſire ad alios ordīes fo.121.
VEndere Folio.121.
Vicarij folio.122.
Viſitare et viſitatores folio.123.
Vnctio extrema folio.123.
Votum folio.123.


# Sequuntur nomina ſummorum pontificū

qui ſucceſſiue pre fuerūt eccleſie Romane: a tēpore quo fundati ſunt ordines fratrū mendicantiū: quorū pontificū plures: imo fere oēs: multa/vel ſaltē aliqua cōceſſerūt frībꝰ mi. et alijs mēdicātibꝰ: prout in hoc cōpendio liq̄do patet.

¶ Innocentius.3.
¶ Honorius.3.
¶ Gregorius.9.
¶ Celeſtinus.4.
¶ Innocentius.4.
¶ Alexander.4.
¶ Urbanus.4.
¶ Clemens.4.
¶ Gregorius.10.
¶ Innocentius.5.
¶ Adrianus.5.
¶ Joannes.21.
¶ Nicolaus.3.
¶ Martinus.4.
¶ Honorius.4.
¶ Nicolaus.4.
¶ Celeſtinus.5.
¶ Bonifacius.8.
¶ Benedictus.11.
¶ Clemens.5.
¶ Joannes.22.
¶ Benedictus.12.
¶ Clemens.6.
¶ Innocentius.6.
¶ Urbanus.5.
¶ Gregorius.11.
¶ Urbanus.6.
¶ Bonifacius.9.
¶ Innocentius.7.
¶ Alexander.5.
¶ Joannes.23.
¶ Martinus.5.
¶ Eugenius.4.
¶ Nicolaus.5.
¶ Calixtus.3.
¶ Pius.2.
¶ Paulus.2.
¶ Sixtus.4.
¶ Innocentius.8.
¶ Alexander.6.
¶ Pius.3.
¶ Julius.2.
¶ Leo.10.
¶ Adrianus.6.
¶ Clemens.7.

# ¶ Compendiū priuilegiorum: a varijs ſummis pōtificibus ⁊ apoſtolica ſede: fratribus minorib⁹: necnon ⁊ alijs fratribus mēdicantibus: eorūq; ordinibus cōceſſorum: alphabetico ordine congeſtū: foeliciter incipit.

## Abbas.

Innocētius. 4. precepit abbatibus et conuen- 1
tibus ordinis ciſtercienſis: quate-
nus omnes fratres quos de ordine fratrum mino. rece- Recipere.
perant: remitterēt ſine aliqua difficultate: ad miniſtros fratres
prouinciales: ⁊ q̄ a talium receptione de cetero abſtine-
rent. b. fo. 21. Et ffo. 23. conce. 8.

Alexander. 4. inhibuit diſtricte vniuerſis 2
abbatib⁹/ prioribus/ prepoſitis
et conuentibus monaſteriorum ſancti benedicti ciſtercienſis: ſancti auguſtini
premoſtrateñ. camalduleñ. vallis vmbroſe. ordinum: ne pretextu quarumcūq; Recipere
litterarum a ſede apoſtolica generaliter vel ſpecialiter obtentarum/ ſeu obti- fratres.
nendarum: que de preſentibus litteris plenam et expreſſam non facerēt men-
tionem: non recipiāt fratres profeſſos ordinis mino. ſub pena excōmunicatio-
nis ipſo facto incurrēda: a qua nequeāt abſolui niſi perſonaliter compareant
ante romanū pōtificē vel ſedem apoſtolicam. Et decreuit irritū fore et inane.
quicquid in cōtrarium factum fuerit vel atēptatū. b. fo. 28. Et ffo. 28. cōce. 20.

Benedictus. 11. decreuit: ne aliquis frater cuiuſuis ordinis mendi- 3
cantium poſſit tranſire ad ordines monachorum ni-
grorum/ vel ciſterciētium/ vel ab eorum abbatibus recipi: ſine romani pontifi
tificis licētia ſpeciali: faciēte plenam et expreſſam de conſtitutione huiuſmo-
di mentionem. B. ffo. 171. conce. 399.

Martinus. 5. fecit circa predicta quādam ampliſſimam prouiſionē: 4
que habetur in dictione apoſtate. §. 13. et in illa dictione
reperies multa pertinentia ad huiuſmodi materiam.

## Abbatiſſa.

¶ Diſtinctio conceſſionum ſubſcriptarum.

¶ ADUERTENDUM q̄ ex infraſcriptis conceſſionibus atinētibus
ad abbatiſſas: quedam concernunt earum electionem et durationem. Et iſte Collector.
habentur in. §. 1. et. 2. et. 4. et. 5. et. 6. ac. 8. Alie vero pertinēt ad earūdem ab-
batiſſarum officium et facultatem: circa bona monaſteriorum ſuorū. Hec au-
tem continentur in. §. 3. et. 7. et. 9. ac. 10.

Innocentius. 4. et poſtea. Bonifacius. 8. ordinaue- 1
runt ⁊ preceperunt: vt electio abbatiſſe Electio.
monialiū ſancte Clare libere pertineat ad conuentum. b. fo. 32.
Et ffo. 33. conce. 35.

2 Electio. Urbanus.4.idem ſtatuit quod Innocētius ſupraſcriptus: ac multa alia concernentia officium abbatiſſe: prout late habebetur in regula quam ipſe ordinauit pro monialibus ſancte clare: rubrica.22. vide ibi.fo.289.tractatu.3.Et ffo.298.tractatu.2.

3 Clauſura. Eugenius.4.ordinauit ꝙ ſicut abbatiſſe et alie ſorores et earū in prouiſore ad hoc deputate: tenēt claues quibus ab intra porte monaſteriorum claudūtur: ſic per cōfeſſores/ aut alias honeſtas perſonas (per miniſtros generales/aut prouinciales deputādas) ex parte exteriori habeātur claues ⁊ conſeruētur.b.fo.42. Et ffo.39.conce.44.

4 Electio. Pro monialib⁹.s.clare et tertij ordi. ¶IDEM eugenius ſtatuit: ꝙ in electione et creatione abbatiſſarum ſeu miniſtrarū /vel matrū ordinis ſancte Clare ⁊ tertij ordinis: ille tm̄ ex monialibus vel ſororibus vocem habeāt: que per annos tres vel circa: in earūdem monaſterijs/vel collegijs fuerint: in qua electione maior pars votorum ad minus medietatem ſuperās: debeat conuenire.b.fo.46.Et ffo.42.cōce.47.

5 Electio. Nicolaus.5.Statuit et ordinauit: ꝙ electiones abbatiſſarum/ſeu matrum monialium: que a maiori parte earum numero dūtaxat facte fuerint: ſint ⁊ cenſeātur canonice. Ac ꝙ ad ipſorum monaſteriorum/ſeu domorum moniales/aut ſorores ordinem ipſum profeſſas: etiam que per triēnium vel circa in predictis monaſterijs moram traxerint: ſpectent et pertineant.b.fo.48.Et ffo.43.conce.48.

6 Electio. ¶IDEM nicolaus ſtatuit ꝙ predictarum abbatiſſarum ſeu matrum monialium dignitates vel officia per annum tantum durent in partibus ciſmontanis: ſcilicet italie ⁊ alijs ei anexis: temporeq́ʒ illo decurſo (etiam ſi iuſtas renūciationes non fecerint) vaccent / ac vaccare cenſeātur. Et ꝙ in fine huiuſmodi anni a die electionis earum computādi: teneātur ſub excōmunicationis pena (ipſo facto quo cōtra fecerint) incurrēda: renūciare regimini et adminiſtrationi monaſteriorum/ſeu domorum earum: ac ſigillum ⁊ claues monaſteriorum ⁊ officinarum reſtituere in manibus prouincialium fratrum minorum illarum prouinciarum in quibus monaſteria ⁊ loca ipſa cōſiſtūt: vel ſaltem in manibus viſitatorum monaſterioꝝ/ſeu domorū hm̄oi: per eoſdē prouinciales in cōgregatione fratrum deputādorum: ⁊ ad id ab eiſdem prouincialibus poteſtatem habentium. Et hoc voluit fieri in preſentia ſororum ſeu monialium ad id ſpecialiter vocatarum.b.fo.48.⁊ ffo.43.conce.48.

7 Receptio ad habitum vel profeſſionē. ¶IDEM nicolaus ſtatuit: ꝙ predicte abbatiſſe: nec ſimul omnes moniales poſſint aliquā ad religionem/vel profeſſionem recipere: niſi de prouincialis/aut viſitatoris expreſſa licentia. Nec ſimiliter recipere preſumant/aut valeant aliquem in capellanum/vel receptū retinere: niſi a prouinciali/vel viſitatore pro idoneo reputatus fuerit.b.fo.48.Et ffo.43.conce.48.

8 Electio. Leo.10.(vt monaſteria monialium debite regantur ⁊ gubernentur: ac illorum abbatiſſe circa officium ſibi cōmiſſum/ ſumma cum diligentia omniq́ʒ ſanctimonia: ſi non diuino amore/amotionis ſaltem metu ſemper intente exiſtāt:) ſtatuit ⁊ mandauit: vt dum annis ſingulis a prouincialibus/ ſeu earum viſitatoribus viſitantur: abbatiſſe miniſterij ſeu officij abſolutionem a dictis viſitatoribus (iuxta deſuper vrbani.4.editam cōſtitutionem) petere teneantur. Nedum id verbo: ſed etiam facto realiter et cum effectu faciēdo. Ac etiam ſtatuit: ꝙ ſi eiſdem viſitatoribus videbitur; et ipſa neceſſitas/ac

monaſterij exegerit reformatio: acceptare cum effectu debeāt. Et ꝙ huiuſmodi abbatiſſe: officium in ipſius viſitatoris manibus dimittere teneātur. Ita ꝙ mera et libera eidem viſitatori remaneat facultas: eiſdem ſororibus/ſeu monialibus ſub excōmunicationis ſentētia ⁊ alijs ſibi viſis ſentētijs/cēſuris ⁊ penis precipiendi: vt circa alicuius abbatiſſe electionem intēdere debeant: aut alias iuxta ipſius predicte cōſtitutionis verba et tenorem procedendi. Et monialem que abbatiſſe miniſterium huiuſmodi geſſit: iuxta exceſſus exigentiam corrigendi ⁊ caſtigandi/ ac cenſuras et penas huiuſmodi iteratis vicibus aggrauandi: et alia in premiſſis neceſſaria/ſeu quomodolibet opoꝛtuna faciendi et exequendi. B. ſſſo. 40. conce. 128.

¶ IDEM leo cōceſſit licētiam et facultatem abbatiſſis et monialibus ſancte Clare vltra mōtanis: ſub obediētia fratrum mino. regularis obſer. exiſtētibus: vt de cōſenſu miniſtroꝝ prouincialiū/ac maioris partis cōuentuum: poſſint bona ſuoꝝ monaſteriorum (cuiuſcūꝗ annui valoris ⁊ qualitatis fuerint) pro alijs immobilibus ⁊ ſtabilibus bonis et annuis reditibus et vaſallis: in euidētem vtilitatem eorūdem monaſteriorum permutare/ſeu illa vendere: vt ex precio illorum alia bona eiſdem monaſterijs vtiliora emantur: non obſtantibus quibuſcūꝗ in cōtrarium facientibus. B. ſſſo. 43. conce. 138. 9

De bonis monaſterij.

¶ IDEM leo cōceſſit abbatiſſis et monialibus ſancte Clare: vt pro emergentibus neceſſitatibus ⁊ euidētibus vtilitatibus cōuentuum et monaſteriorum monialium eiuſdem ſancte Clare: necnon ⁊ tertij ordinis: poſſint vendi ⁊ alienari/ac permutari quelibet bona immobilia dictorum monaſteriorum: de licētia ⁊ cōſenſu geneneralis/aut prouincialium miniſtrorum ⁊ duarum partium cōuentuum domorum ⁊ monaſteriorum quorū dicta bona fuerint: Ac ſimiliter de cōſenſu maioris partis earūdem: etiam vltra triēnium locare (vltimis teſtatorum volūtatibus non obſtātibus) dummodo id in cōuētuum/locorum et monaſteriorum ipſorum euidentem vtilitatem (habita diligenti informatione a duobus vel tribus viris locorum: in quibus bona talia conſiſtunt) cedere dignoſcatur. Super quo conſcientias prelatorum ⁊ prefatorum bonorum virorum onerat. B. ſſſo. 53. conce. 152. 10

De bonis monaſterij.

Pro monialibꝰ ſ. clare. et terciarijs.

# Abſolutio.

¶ Diſtinctio generalis materie abſolutionis inferius annotate.

Quoniam multa valde ac nimis diuerſa pertinentia ad materiam abſolutionum reperiuntur in priuilegijs fratrum: que ſi inſimul ponerētur: non modicam cauſarent prolixitatem ⁊ confuſionem: ideo operepꝛecium viſum eſt: huiuſmodi materiam ſic diuidere: ꝙ primo ponātur per ſe ea que attinēt ad abſolutiones fratrum inter ſe ipſos: ac deinde alia que perſonas ſeculares concernunt.

Collector.

# Abſolutio quoad fratres.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ ADUERTENDUM eſt. ꝙ inter cōceſſiones pertinētes ad abſolutiones fratrū inter ſeipſos: quedam cōcernūt abſolutionem oꝛdinariā/que quotidie poteſt exerceri/cū opus fuerit. Et hmōi cōceſſiones ponūtur primo per ſe procedēdo per oꝛdinem prout fuerūt ſucceſſiue cōceſſe. Alie vero conceſſiones

Collector.

pertinent ad abſolutioné extraordinariā: qua ſcʒ ſolum certis diebus poſſunt
fratres vti. Et iſte ſunt abſolutiones plenarie: licet non equales: vt infra pa⸗
tebit. Iſte autem ponuntur ordinate ſecūdo loco. In omnibus autem infra⸗
ſcriptis cōceſſionibus abſolutionū ſic ꝓceditur: ꝙ primo ponunt̄ cōceſſiones
attinentes directe ad fratres mi. Ac deinde addūtur alie cōceſſiones: que alijs
fratribus mendicantibus facte reperiuntur.

# Abſolutio ordinaria quoad fratres.

1 Excōicatio. INnocentius. 4. cōceſſit generali ⁊ prouincialibus mi⸗
niſtris: vt eos ex fratribus ſuis qui pro in
iectione manuum in ſeipſos incurrerint excommunicationis vin
culum: aut in id ante ſuſceptū habitum inciderint/ vel alias ſunt
excommunicati: valeant abſoluere: niſi adeo graues ⁊ enormes
ſint exceſſus/ ꝙ merito ſint ad ſedē aplicam deſtinādi. B. ffo. 104. conce. 219.

2 Excōicatio. Alexander. 4. cōceſſit: fratres minores poſſe abſolui a ſuis mini⸗
ſtris ⁊ cuſtodibus: qn̄ incurrunt excōmunicationem
maiorem participando cum excōmunicatis: quando aggrauata eſt ſententia.
b. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 74.

3 De cuſtodibus ⁊ guardianis. Clemens. 4. conceſſit ꝙ cuſtodes ⁊ guardiani fratrum mi. qui ſcōm
ſtatuta dicti ordinis aliter q̄ per electionem inſtituūtur:
poſt inſtitutioné ſeu prouiſionē de ipſis factam: curā aīarum fratrum ſibi ſub⸗
ditorum habeāt: ipſoſqʒ ligare/ ac ſoluere poſſint: iuxta ipſius ordinis inſtitu⸗
ta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309.

Collector. ¶ ADUERTE. ꝙ in mari magno fratrum carmelitarum extēditur predi⸗
cta cōceſſio ad priores prouinciales ⁊ locales/ ſeu cōuentuales ⁊ alios officia
les: qui ſm̄ eiuſdem ordinis inſtituta aliter q̄ per electionem: a generali dicti
ordinis inſtituūtur. Et ſic ratione communicationis priuilegiorum idem iudi
cium erit de prouincialibus et alijs officialibus ordinis mi.

¶ IDEM clemens. 4. cōceſſit generali ⁊ prouincialibus miniſtris eorumqʒ
4 Pro nouitijs. vices gerentibus ⁊ cuſtodibus: vt ſuo volentes aggregari cōſortio: ſcilicet no⸗
uitios: qui ſuſpēſionis/ vel interdicti/ vel excommunicatiōis ſentētijs: a iure/
vel a iudice promulgatis generaliter ſint ligati: abſolutionis beneficium ob⸗
ſeruata forma canonica impartiri: ipſoſqʒ in fratres recipere valeant. Ac eos
Excōicatio. qui poſt aſſumptum habitum/ vel profeſſionem emiſſam: recoluerint ſe talibus
in ſeculo fuiſſe ſentētijs inodatos: ſm̄ formā predictam valeant prefati prelati
ac illorum vices gerētes abſoluere: ⁊ cū irregularibus diſpenſare: ſi forſan ta⸗
libus inodati ſentētijs/ vel in locis interdicto ſuppoſitis diuina preſumpſerint
officia celebrare/ vel ordines recipere. Ita tamē ꝙ ſi aliqui ex talibus eiſdem
Pro ꝓfeſſi ſentētijs propter debitum ſint aſtricti: ſatiſfaciāt vt tenentur. Uoluit tñ ꝙ niſi
prefati mox ordinē intrauerint: (etiā ſi ſuper hoc eis inducie a prelatis eiuſdē
Diſpēſatio. ordinis concedātur) eoipſo in priſtinas ſententias a quibus eos abſolui cōti⸗
gerit/ relabantur. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 320.

¶ IDEM Clemēs in mari magno inhibuit vniuerſis fratribus ordinis mi
5 norū: ne aliquis eorum (niſi neceſſitatis vrgēte articulo) alijs q̄ prelatis ſuis
Prohibitio peccata ſua cōfiteri preſumāt/ vel alijs eiuſdem ordinis ſacerdotibus: niſi ſm̄
regulam ⁊ ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 336. Et idem

habetur quo ad carmelitas.B.ffo.186.conce.475.Et quo ad fratres predi-
ca.B.ffo.238.conce.563.

¶IDEM clemens cōceſſit:vt generalis ⁊ ſinguli prouinciales miniſtri et 6
eorum vicarij:ac etiam cuſtodes in prouincijs ⁊ cuſtodijs ſibi cōmiſſis: predi-
ctis fratribus ibidem conſtitutis:necnon fratribus alijs eiuſdē ordinis:inter-
dum ad eos declinantibus vndecūq;: abſolutione ⁊ diſpenſatione indigenti-
bus:ſiue priuſq̄ intrauerint ordinem ſiue poſt in caſibus exceſſerint: pro qui-
bus excōmunicationis vel interdicti aut ſuſpēſionis incurrerint ſententias: a
iure/vel a iudice generaliter ꝓmulgatas:⁊ huiuſmodi ſentētijs innodati: aut Diſpenſatio
in locis ſuppoſitis interdicto:diuina officia celebrantes/vel ſuſcipientes ordi-
nes ſic ligati:notam irregularitatis incurrerint: abſolutionis ⁊ diſpēſationis
beneficiū valeant impartiri:niſi adeo fuerit grauis ⁊ enormis exceſſus q̄ ſint
ad ſedem apoſtolicam merito deſtinādi. Ac ſimiliter conceſſit q̄ fratres quos Pro p̄latis.
generalis ⁊ prouinciales miniſtri et eorum vicarij ac etiam cuſtodes : in pro-
prios habuerint confeſſores:poſſint eis abſolutionis ⁊ diſpenſationis benefi-
cium impartiri.B.fo.57.Et ffo.140.conce.318.Et.319.

¶ADUERTE q̄ caſus pro quibus fratres ad apoſtolicā ſedē ſunt merito Collector.
deſtinandi:ſpecificantur a Sixto.4.prout ponuntur infra.§.9.

¶ADUERTENDUM eſt aūt circa duas cōceſſiones ſuprapoſitas im Collector.
mediate:q̄ auctoritas ⁊ facultas que ſuperi⁹ cōtinetur: extēditur in mari ma-
gno fratrū ordinis predicatoꝝ ad priores cōuentuales ⁊ vices eorum gerētes
in cōuentibus ac locis eis cōmiſſis:ſic q̄ prior cōuentualis ⁊ eius vicarius tā-
tam poteſtatē habet circa abſolutiones cēſurarū ⁊ diſpēſationes irregularita-
tū quo ad ſuos ſubditos/q̄tam ꝓuincialis quo ad totā prouinciā.B.ffo.236. Nota ꝓguar
cōce.548. Ex hoc vero ſequit̄ q̄ ſimilē auctoritatē habebūt guardiani ac eoꝝ dianis et vi-
vicarij reſpectu ſuoꝝ ſubditoꝝ ⁊ alioꝝ fratrū ad eos declinātiū:niſi p ſupiores carijs.
prelatos limitet̄ ſeu reſtringat̄ hmōi auctoritas:ꝓut in ordine fieri conſueuit.

¶Aduerte tū:q̄ per bullam aureā fuit reſtricta prefata auctoritas ad gene-
rales ⁊ eoꝝ vicarios:⁊ ad illos quibus ipſi ducerēt cōmittēdum dūtaxat.Sed
poſtea per quodā breue fuit cōceſſum predictis fratribus predicatorib⁹ q̄ poſ-
ſint abſoluere ac diſpenſare iuxta conceſſionē quā habebāt ante dictam reſtri-
ctionē: vt p3 infra.§.26. Oportet inſup aduertere q̄ vicarij de quibus ſupra
fit mētio:quo ad fratres predicatores (iuxta cōſuetudinē eoꝝ) intelligūtur illi
qui propter mortē vel defectum prioris habent regimen cōuentuū. Et quo ad
fratres minores ſimili modo intelligēdum eſt de illis fratribus qui cōmuniter
dicuntur preſidentes:⁊ non de cōmunibus vicarijs.

EUGENIUS.4.cōceſſit fratribus minorib⁹ obſeruātibus ꝓuinciarū 7
regni caſtelle:quaten⁹ ſinguli prelati dicti ordinis quo- Particula-
cūq; noie cenſeātur ⁊ confeſſores p hmōi prelatos deputati/ſingulorū cōuen- ris ꝓ regnis
tuum/locoꝝ ⁊ heremitorioꝝ:poſſint oēs ⁊ ſingulos fratres ꝓfeſſos/cōuerſos: caſtelle.
atq; nouitios habētes animū profitendi:necnon ꝑpetuo donatos ſeu oblatos
preſentes ⁊ futuros:⁊ quoſcūq; pro tēpore familiares/ſeruitores/officiales/⁊ Pro ꝓfeſſis
cōtinue cōmenſales:domoꝝ/cōuentuū/locoꝝ ſiue heremitorioꝝ ſupradictoꝝ: Pro noui-
ab oibus ⁊ ſingulis peccatis criminib⁹ exceſſib⁹ ⁊ delictis: preterq̄ ſedi apli- cijs.
ce deſtinatis caſib⁹: ⁊ ab oibus ⁊ ſingulis hmōi cenſuris ſupradictis quas ex Pro oblat̄.
ignorātia vel inaduertētia incurrerint abſoluere; eiſq; eucbariſtie ſacramētū:

Sacramēta ac extreme vnctionis/⁊ alia eccl'iaſtica ſacramēta miniſtrare:toties quoties ne
ceſſariū fuerit vel opportunū. Ipſiq; prelati:omnia ⁊ ſingula ſupradicta:alijs
ipſius ordinis preſbiteris cōmittere:ac in premiſſis omnibus et ſingulis cum
facultate premiſſa:confeſſores ſibi eligere ⁊ electos mutare:auctoritate predi/
Pro ꝑlatis. cta valeant. Conſtitutionibus apoſtolicis : ac ipſius ordinis inſtitutis et ordi/
nationibus ceteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcūq;.
Et ꝙ gratia hec ſit perpetua.o.fo.61.Et ffo.64.conce.85.

8 Nicolaus. 5.cōceſſit:ꝙ cōfeſſores monialiū ſctē clare ſeu alius frater
eiuſdē ordinis ad hoc ꝑ prouincialē pro tpe deputatus:in
Pro monia oibus ⁊ ꝑ oīa/iuxta formā ⁊ tenorē priuilegioꝝ ⁊ cōceſſionū eiſdē monialibus
libus ſancte quo ad ipſaꝝ ꝑſonas a ſede aplica ſeu al's quomodolibet cōceſſoꝝ:in oibꝰ pre/
clare. terꝙ̄ dicte ſedi caſibꝰ reſeruatis quoties fuerit oportunū eas abſoluere poſſit.
Necnon ipſarum ſeruitrices (ſi id petierint humiliter) a quibuſcūq; excōmu/
Pro ſeruitri nicationis/ſuſpēſionis ⁊ interdicti: alijſq; ſententijs/cēſuris ⁊ penis eccleſia/
cibꝰ monia. ſticis quibus pro tempore innodate fuerint : iniūgendo que iniūgenda fuerint
Sacramēta. abſoluere :eiſq; eucharistie ⁊ extreme vnctionis ſacramenta eccleſiaſtica mi/
niſtrare libere ⁊ licite valeant : dioceſanorum locorum ⁊ cuiuſcūq; alterius li/
centia minime requiſita.b.fo.49.Et ffo.43.conce.48.

9 Sixtus. 4.circa litteras clemētis.4.ſupradictas in.§.6.quibꝰ cōceſ/
Declaratio ſerat miniſtris/vicarijs ⁊ cuſtodibꝰ fratrū mino.facultatem
caſuum reſer abſoluēdi ⁊ diſpēſandi fratres eiuſdē ordinis:niſi talia ꝑpetraſſent ꝓpter que
uatoꝝ pape. eſſent merito ad ſedē aplicā deſtinandi:declarauit dūtaxat eſſe ad ſedē aplicā
merito deſtinādos:hereticos relapſos/ſciſmaticos:⁊ qui litteras aplicas falſi
ficaſſent/aut ad infideles ꝓhibita detuliſſent. Sed in reliqs oibus:etiā ſimo/
nie prauitate irretitis:poſſe ꝑ illos qbus inibi cōcedit:abſolutiōis ⁊ diſpēſatio
nis beneficiū:iuxta caſuū exigentiā impartiri. B.fo.59.Et ffo.143.cōce.345.
Collector. ¶ Aduerte ꝙ etiā pro relapſis in hereſim habetur alia conceſſio infra.§.14.
¶ Aduerte etiā ac bene nota ꝙ iſta cōceſſio videt expiraſſe per mortē cōceden
tis:⁊ idē de oibus cōceſſionibꝰ tāgentibꝰ predictū ꝓceſſum bulle cene dñi: cū
quolibet anno ille ꝓceſſus cēſurarū de nouo ꝓmulgetur: cū noua reſeruatio/
Nota. ne predictoꝝ caſuū cū maximis cēſuris ꝯtra abſoluentes: ponēdo ibi expreſſe:
nō obſtātibꝰ priuilegijs ⁊c.etiā ordinibꝰ mēdicantibꝰ cōceſſis:⁊ alijs ſufficien
tibꝰ derogatorijs. Unde tpe capituli generaliſſimi cōſultus ſup hoc reuerēdiſ/
ſimus dñs cardinalis alexādrinus qui ⁊ prepoſitus appellat:reſpōdit reuerē/
do patri bone memorie fratri martiali Boulier:qui fuit generalis vicariꝰ iſta/
rū partiū dicēs:ꝙ prelati noſtri non poterāt abſoluere fratres ſuos:nō ſolū ab
illis quattuor caſibꝰ ꝯtētis ſeu exceptis in mari magno: ſed nec ab aliquo alio
in bulla cene ꝯtēto. Et ꝙ illa cōceſſio vel declaratio ſixti in dicto mari magno:
potuit valere in vita ſua:qꝛ licet faceret ꝓceſſum quolibet anno: ſemp intēde/
bat excipere fratres ꝓut ipſe conceſſerat niſi in dictis quattuor caſibus. Pro/
pterea reuerendiſſimus pater generalis prouideat:vel faciēdo ipſe cum alijs
generalibus aliorum ordinū ꝙ ponatur ſemper in bulla cene dñi exceptio re/
ligioſorum quo ad fratres ſuos: vel precipiat vt quolibet anno procurator or/
dinis ſeu cōmiſſarius curie:trāſacta die iouis ſancti poſt promulgationē cen/
ſurarū/obtineat facultatē abſoluēdi ab illis caſibꝰ oēs fratres : ⁊ alias ꝑſo/
nas ſuper quas prelati noſtri habent auctoritatem:ſcilꝫ moniales:tertiarios

vtriuſq; ſexus/oblatos/famulos ⁊ domeſticos.

¶IDEM ſixtus conceſſit: p̄uincialibus: vt poſſint abſoluere oēs fratres 10
ſuos a cenſuris ⁊ ſententijs eccleſiaſticis: ac etiā cum eis diſpenſare ſm teno-
rem conceſſionis clemētis.4.ſcʒ ſuperius poſite.§.6.non obſtāte limitatione Diſpēſatio.
ſeu reſtrictione per eūdem Sixtum poſt modum facta: qua idem ſolum ad mi-
niſtrum generalem ⁊ eius vicarios limitauerat ⁊ reſtrinxerat; ſcilicet in bul-
la aurea.b.fo.54.Et ffo.50.conce.55.

¶Aduertendum eſt circa huiuſmodi conceſſionem ꝙ predicta auctoritate ca- Collector.
rent cuſtodes: niſi eis ſpecialiter cōmittatur a miniſtris: quia non ſunt nomi-
nati in conceſſione.

¶IDEM ſixtus ordinauit ꝙ fratres minores obſer.non poſſint abſolui de 11
caſibus reſeruatis miniſtris: niſi de licentia generalis aut corūdem miniſtro- Prohibitio
rum ſeu vicariorum prouincialium: non obſtantibus litteris eiuſdem ſixti ſub
quacūq; verborum forma eiſdem fratribus conceſſis: ceteriſq; contrarijs qui- Caſus reſer-
buſcūq;.b.fo.54.Et ffo.50.conce.55. uati.

Innocentius.8.declarauit fratres mino.nō poſſe nec debere eli- 12
gere confeſſores: nec a caſibus reſeruatis abſolui Prohibitio
vigore bulle cruciate quā ipſe dederat in hiſpania: niſi de conſenſu ⁊ benepla
cito ſuorum prelatorum prouincialiū ſeu generalium: ⁊ ꝙ quecūq; alia abſo- Cruciata.
tio quo ad fratres irrita ſit ⁊ inanis.b.fo.56.Et ffo.52.conce.59.

¶Aduertendum eſt ꝙ conſimilem reuocationē ſeu declarationem fecere alij Collector.
pontifices qui alias dederunt bullas cruciate: ſed iſte reuocationes non ſunt
perpetue: quia non ſe extendunt ad bullas cruciate futuras. Et ideo quādo-
cūq; venerit noua cruciata: oportet habere nouam reuocationē illius ad hoc
vt fratres nequeāt illa vti: ſi talis bulla expreſſe extendatur ad fratres mino-
res: ⁊ habeat ſufficientes non obſtantias ſeu derogationes.

Alexander.6.declarauit et decreuit: ꝙ generales et prouinciales 13
ac guardiani poſſint reſeruare caſus de occultis in- Prelati.
ter religioſos. Et ꝙ abſoluētes a talibus poſt huiuſmodi reſeruationem: nul- Reſeruatio
lam faciunt abſolutionem: ⁊ incidunt in penam abſoluentium a caſibus non caſuum.
conceſſis.b.ffo.56.conce.66.Et fffo.3.conce.2.

¶IDEM alexander cōceſſit generali ⁊ prouincialibus ⁊ cuſtodibus ordi- 14
nis mino.obſer.vltra montanis plenarie facultatem ⁊ auctoritatem: vt quoſ- Prelati.
cūq; ſubditos ſuos (fratres.vcʒ ⁊ moniales ſancte clare: ac vtriuſq; ſexus ter
tiarios de penitentia nuncupatos) inuenerint in aliquo hereſis vel apoſtaſie
crimine lapſos: etiam ſi ſint relapſi: poſſint eos abſoluere et cum eis diſpen-
ſare: necnon prefatorum relapſorum penas a iure inſtitutas cōmutare: pēſa-
tis qualitate ⁊ quātitate: alijſq; debitis circunſtantijs: augēdo/aggrauando: Caſus reſer-
vel diminuendo toties quoties opus fuerit: et prout ſm deum viderint ex- uati.
pedire: dummodo talium relapſorum crimina publica et notoria apud ſecu-
culares non ſint: vt ex hoc ſcandalū oriri poſſit.o.fo.65.Et ffo.70.cōce.164.
Et fffo.100.conce.379.

¶Aduerte tamē ꝙ quia iſti caſus ſunt de contētis in bulla cene domini: que Collector.
bulla quolibet anno renouatur: videtur ꝙ predicta conceſſio ſit reuocata. Et
idem de ſimilibus conceſſionibus. Rationem huius vide ſupra in hac dictio-
ne poſt.§.9.

15 ¶IDEM Alexāder cōceſſit vt generalis ⁊ prouīciales poſſint abſoluere fra
Caſus reſer- tres:qui exiſtētes in ſeculo incurriſſent cēſurā eccleſiaſticā propter delationē li
uati. gnaminū ſeu ferramētorū ad partes infideliū. o.ffo.99.cōce.358.
Collector. ¶ADUERTE tamen ꝙ cū iſte caſus ſit de proceſſu cene dn̄i:predicta con
ceſſio videtur ꝙ ſpirauit mortuo cōcedēte. Uide ſupra in hac dictiōe poſt.§.9.
16 ¶IDEM Alexāder.6. cōceſſit ꝙ prelati fratrū mino.obſer. poſſint percu-
Correctio. tere per ſe ⁊ per aliū cauſa correctionis:⁊ ꝙ nō cogantur hoc facere cū propria
Excōicatio. perſona etiā ſi neceſſitas nō vrgeat. Nō obſtante capitulo vniuerſitatis: de ſen
Collector. tētia excōicatiōis.o.ffo.70.cōce.175. Et.ffo.99.cōce.359. ¶Hec cōceſſio licʒ
videatur impertinens huic materie ponitur hic quia nōnulli arbitrantur ꝙ in
abſolutiōibus publicis apoſtatarū:requiratur ꝙ prelatus percutiat manu pro
pria:de quo habetur melior conceſſio infra.§.22.

LEO.10.prohibuit ⁊ declarauit:ꝙ nullus fratrū mino.regul.obſer.poſſit
17 accipere bullas cruciate ſeu alias indulgētias generales cōceſſas
aut cōcedēdas:vt poſſit vti gratijs ibi cōtentis (vt pote cōtra regularia ordinis
inſtituta cōfiteri quibuſcūqʒ ſacerdotib⁹: ⁊ abſolui a caſib⁹ reſeruatis) niſi ſo-
Cruciata. lum ob aliquā neceſſitatē particularē:pro qua p̄dicte obſeruātie auctoritas nō
eſſet cōceſſa. Et tūc examinata hmōi neceſſitate a gn̄ali vel prouīcialib⁹ aut cu
Caſus reſer- ſtodibus:ac de eorū expreſſa licētia ⁊ in ſcriptis habita: Nō obſtātibus bullis:
uati. etiā ſi in eis expreſſe inhibeatur prelatis ſub cēſuris:ne ſubditos ſuos a talium
bullarū acceptione prohibeāt:⁊ ſubditis libera facultas eas accipiēdi tribua-
tur:ceteriſqʒ in cōtrariū facientibus quibuſcūqʒ. O.ffo.60.178.
18 ¶Idem Leo poſtea prohibuit ſub excōmunicatiōis late ſententie pena:ne fra
Cruciata. tres predicti:aut moniales.s.Clare:ſeu tertie regule vtātur vllo modo gratijs
indulgētijs/libertatibus/immunitatibus bullarū cruciate: ſeu aliarū conſimi
lium:quouis queſito colore cōtra obediētiam ordinis: ⁊ abſqʒ ſpeciali licentia
ſuorum ſuperiorum. B.ffo.48.conce.144.
19 ¶IDEM leo cōceſſit ꝙ fratres predicatores ⁊ alij fratres:quādo ſunt extra
Pro fratri- cōuentū:⁊ nō poſſunt habere copiā ſacerdotis:q2 nō habent ſociū cōfeſſorem:
bus itinerā- poſſint cōfiteri pctā ſua alteri religioſo alteri⁹ ordinis vel preſbitero ſeculari.
tibus. Et hoc dūmodo fiat ſine fraude ⁊ dicāt prelato ſuo.o.ffo.94.cōce.301.
20 ¶IDEM leo in cōcilio Lateraneñ.ſtatuit ꝙ excōicati profiteri volētes ali-
Profeſſio. quem ordinem fratrum mendicantium: vbi de intereſſe tertij agetur : abſolui
Excōicatio. non poſſint niſi preuia ſatiſfactione. B.ffo.26.conce.84.
21 ¶IDEM leo cōceſſit generalibus ſingulorū ordinū mēdicantium ⁊ eorum
vicarijs:ac etiā illis quib⁹ ipſi generales duxerint ſpecialr̄ cōmittendū:vt poſ
Pro oībus ſint abſoluere ſubditos ſuos reſpectiue:ab oībus ⁊ ſingulis caſibus ⁊ cēſuris
mēdicātib⁹. ſm̄ cōceſſiones ⁊ declarationes. Sixti.4.⁊ Julij.2. ⁊ aliorū Romanorū ponti-
pontificum:non obſtantibus reuocationibus:reſtrictionibus:reſeruationib⁹:
conſtitutionibus:⁊ ordinatiōibus apoſtolicis nuper in Lateraneñ.cōcilio vel
alias quomodolibet factis vel ſi in poſterum fierent. B.ffo.27.cōce.89.
22 ¶IDEM leo cōceſſit oībus fratribus mino.obſer.vtriuſqʒ familie:ꝙ prela
Excōicatio. ti ordinis cum aliquem fratrē propter apoſtaſiam vel aliā cauſam excōicant in
capitulo fratrū vel in cōitate:nō teneantur proferre ſententiā in ſcriptis prout
in iure ſub pena ſuſpēſionis precipitur proferētibus.o.ffo.93.conce.291.
23 ¶IDEM leo cōceſſit ꝙ quādo aliquē fratrem cauſa correctiōis vel abſolu-

cantur ps.nocturnorũ de dñica cum nouem lectionibus ⁊ reſpõſorijs:ſine pre
cibus:⁊ miſſa ſine Gloria in excelſis deo: quia/Te deũ laudamus non dicit.
Sed in predicto caſu in octaua fiet de dominica:⁊ feſtum octaue transferetur
ad diem ſequẽtem. Si vero venerit infra octauam: fiet de dñica cum cõmemo
ratione feſti.o.fo.64.Et ffo.68.conce.133.

6 ¶IDEM ſixtus motu proprio/auctoritate apoſtolica reprobauit et dãna- Reprobatio
uit aſſertiones predicatorum ⁊ aliorum quorũlibet qui affirmare preſumerẽt: errorum.
ſanctam Romanam eccleſiam de ſpirituali duntaxat conceptione ⁊ ſanctifi
catione virginis glorioſe feſtum celebrare:ac illorum qui crederent et tenerẽt
ꝙ aſſerentes eãdem genitricem dei ab originalis peccati macula in ſua con-
ceptione preſeruatam fuiſſe: propterea alicuius hereſis labe pollutos fore.
Iſtas nãq; aſſertiones vtpote falſas ⁊ erroneas/ac a veritate alienas:editoſq;
libros id continentes: ſimiliter reprobauit ⁊ dãnauit. Ac motu ⁊ auctoritate Prohibitio
predictis ſtatuit et ordinauit: ꝙ predicatores verbi dei:et quicunq; alij/cuiuſ-
cũq; gradus/ordinis ⁊ conditionis fuerint: qui de cetero auſu temerario pre-
ſumpſerint in eorum predicationibus ad populum/ ſeu alſ quomodolibet af-
firmare huiuſmodi ſic reprobatas ⁊ dãnatas aſſertiones/ ⁊ opiniones veras
eſſe:aut dictos libros pro veris legere/ tenere vel habere: poſtꝙ̃ de preſenti-
bus litteris ſcientiam habuerint: excõmunicationis ſententiam:⁊ eterne ma- Excõicatio.
ledictionis penam eoipſo incurrant: a qua/ab alio ꝙ̃ a Romano pontifice et
illius proprio ore expreſſa cauſa huiuſmodi propter quam cenſuras predictas
incurrerint (niſi in articulo mortis conſtituti) nequeant abſolutionis benefi-
cium obtinere:non obſtantibus quibuſcũq; in contrarium facientibus. Item
pari damnationi ⁊ cenſure ſubiecit illos qui predicare/docere/aut alias ver-
bo vel ſcriptura affirmare preſumerent:hereticum fore credere eãdem virgi-
nem glorioſam a peccati originalis macula preſeruatam non fuiſſe. B.fo.34.
Et ffo.117.conce.257.

7 ¶IDEM ſixtus conceſſit:vt omnes qui officium cõceptionis beate Ma-
rie virginis copilatũ et ordinatum per fratrem Bernardinum de Buſto: pro Officium di-
ſua deuotione dicere ⁊ recitare voluerint:libere ⁊ licite hoc poſſint ⁊ valeant. uinum.
B.fo.40.Et ffo.124.conce.272.

8 **Alexander.** 6.confirmauit bullam ſupradictam Sixti/in.§.6.in-
ſerẽdo illam de verbo ad verbũ: ac dãdo deſuper iudi-
ces:cum magnis clauſulis ⁊ non obſtantijs. B.fo.74. Et ffo.158.cõce.376.

9 **Iulius.** 2.conceſſit plures indulgẽtias in fauorem conceptionis bea-
te virginis: prout habentur in dictione Indulgentie quo ad Indulgẽtie.
ſeculares.7.in.§.3.

10 Particlaris p hiſpania.

Leo. 10. conceſſit: ꝙ tēpore interdicti quauis auctoritate/et ex quibuſuis cauſis pro tempore appoſiti: in quibuſuis hiſpanie eccleſijs ac locis: a primis veſperis diei feſti conceptionis vſqꝫ ad illius totalem octauam incluſiue: miſſas et alia diuina officia: apertis ianuis et pulſatis cāpanis atqꝫ alta voce (excōmunicatis dūtaxat ꝛ nominatim interdictis expulſis) celebrare poſſint. Et ꝙ ſinguli Chriſti fideles non excōmunicati / nec nominatim interdicti: ad miſſas ꝛ alia diuina officia audienda prefato tēpore admitti libere et licite poſſint. B.fffo.24 conce.67.

Interdictū.

11 ¶ IDEM Leo cōceſſit multas ꝛ magnas indulgentias intuitu immaculate cōceptionis beate virginis Marie: tam fratribus ꝙ ſecularibus: quas reperies vna cum multis alijs indulgētijs infra in dictione Indulgentie plenarie quo ad fratres primo. in. §. 18. et. 19. Et in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. 7. in. §. 4. et. 5.

Indulgētia.

# Concilium.

1 Obſeruātia.

Concilij conſtantieñ. decretum circa obſeruantiam fratrum mino. quo tēpore ꝛ quomodo emanauit: cōſulte ſalubriterqꝫ ſeparās fratres obſeruātes a cōuentualibus: habetur ſub autentico. B.fo.25. Et ffo.109. conce.236.

Martinus. 5. approbauit decretum predicti concilij conſtātienſis: quo ad ſeparationem fratrum minorum obſeruātie. B. fo.36. Et ffo.120. conce.260.

3 Sacroſancta generalis ſinodus Baſilienſis confirmauit decretum concilij Conſtantienſis ſuper obſeruantia fratrum minorum. B.fo.39. Et ffo.123. conce.270.

4 Conceptio virginis.

¶ Predicta ſinodus ſeu concilium Baſilieñ. determinauit veritatem immaculate conceptionis beate virginis: vt habeť ſupra in dictione Conceptio. §. 1. Et ffo.40. conce.45.

5 Nicolaus. 5. fecit confirmationem copioſiſſimam concilij Baſilienſis: vt habetur latiſſime. b.ffo.44. conce.49.

6 Leo. 10. in concilio Lateranenſi: edidit quādam bullam magnam ſuper moderationem priuilegiorum per ſedem apoſtolicā fratribus mendicantibus ꝛ alijs religioſis conceſſorum. Sed quia huiuſmodi modificationes/ſeu reſtrictiones/aut reuocationes: ponuntur ſparſim in hoc compendio ſub diuerſis dictionibus: iuxta diuerſitatem materiarum quas prefate modificationes tangunt: ideo non ponunť hic inſimul. Attamen qui voluerit dictā bullam ad longum videre: reperiet eam in ſuplemento. fffo.25.

Collector.

7 Priuilegia. Collector.

¶ IDEM leo poſtea reualidauit ꝛ in priſtinum ſtatum reſtituit: omnia priuilegia fratrum mino. obſer. quo ad forum conſcientie tantū: ꝛ hoc ſolum oraculo viue vocis. Sed quia huiuſmodi oraculum nō potuit haberi tempore impreſſionis ſuplementi priuilegiorum: ideo hic ad litteram ponetur: prout continetur in regiſtro ordinis facto tempore reuerendiſſimi patris fratris Franciſci Licheti miniſtri generalis: ex cuius perſona: ſic ibidem habetur. ¶ Anno domini. 1519. in vigilia viſitationis beate Marie virginis: dum eſſem in preſentia ꝛ cōſpectu ſanctiſſimi domini noſtri/ Domini Leonis pape decimi: ipſe pōtifex liberaliter cōfirmauit omnia priuilegia ordinis in foro cōſcientie tm̄.

ſta ꝙ in foro conſcientie eiſdem vti poſſumus: ſicut ante cōcilium Lateranenſe vltimate celebratum. Non obſtātibus quibuſcūꝙ in dicto concilio ordinatis vel determinatis aliter/ vel in contrarium diſponentibus. Hec in regiſtro ordinis habentur in actis prefati reuerendiſſimi patris fratris Franciſci Licheti generalis miniſtri: ad litteram.

¶ Ad ampliorem etiam certitudinem prefate reualidationis priuilegiorum noſtrorum: facit ꝙ predictus reuerendiſſimus pater generalis miniſter teſtatus eſt alias ſuis litteris autēticis: ſe impetraſſe a predicto ſanctiſſimo domino Leone .10. viue vocis oraculo: ꝙ fratres vtantur omnibus priuilegijs (etiā viue vocis oraculo) ordini conceſſis: in foro conſcientie duntaxat: etiam non obſtante vndecima ſeſſione cōcilij vltimi Lateranenſis. Et in fine litterarum teſtimonialium vbi continebatur predicta cōceſſio: erat poſitum. Datis in loco Araceli .20. Julij .1519. Frater Franciſcus Lichetus de Brixia generalis miniſter totius ordinis ſancti Franciſci manu propria ſubſcripſi ⁊ ſigillo maiori officij mei corroboraui. Collector.

¶ Aduertendum eſt etiam ꝙ adhuc pro foro exteriori: videtur reualidata noſtra priuilegia: prout determinauit quidā iuris doctor inſignis ſuper hoc conſultus ⁊ plene informatus. Et hoc virtute cuiuſdā breuis per eūdem Leonē decimum conceſſi fratribus ordinis predicatorum / poſt prefatum concilium: vbi fecit eis ampliſſimam cōmunicationem omnium priuilegiorum / conceſſorum et concedendorum alijs fratribus mendicantibus / et motu proprio illa de nouo conceſſit cum magnis non obſtantijs: prout ſequuntur. Non obſtātibus quibuſcūꝙ apoſtolicis ſuſpēſionibus/ reuocationibus/ ⁊ reſtrictionibus/ ſiue conſtitutionibus/ ordinationibus: necnon in prouincialibus/ et ſinodalibus concilijs editis: ſpecialibus vel generalibus ⁊c. B. fff. 69. cōce. 219. Circa quas derogationes eſt aduertēdum ⁊ notandū ꝙ cū ſm iura/ verba poſita in litteris aplicis debeāt aliquid operari: ſequit ꝙ p prefata verba eſt derogatū cōcilio Lateraneñ. quo ad ea que tāgunt reuocationē priuilegioꝝ dictorum fratrū. Aliter eñ nihil penit⁹ operarent dicta v̾ba. Uide etiā ad idē in principio ſummarij bulle Auree. fffo. 135. Ad hoc etiam facit qđ infra ponit in dictione Interdictū in fine. Et in dictione Priuilegia: in queſtionib⁹ ꝓpe finē poſitis. Collector.

# Concordia.

LEO .10. fecit cōcordiam nouiſſimam inter fratres minores obſeruantes ⁊ cōuentuales eiuſdem ordinis: in capitulo generaliſſimo in vrbe Roma celebrato: quam ſtricte precepit obſeruari: dando ſuper hoc conſeruatores: omnes eccleſiarum prelatos: cum magnis clauſulis ⁊ non obſtantijs fortiſſimis. B. fffo. 32. conce. 114. 1

¶ JDEM leo precepit cunctis eccleſiarum prelatis: vt compellant fratres minores conuentuales ad ſeruandum bullam dicte concordie vltime: quoties a fratribus regularis obſeruantie fuerint requiſiti: ſuper quo ponit grauiſſimas cenſuras ⁊ penas/ tam prelatis eccleſiarum ꝙ fratribus cōuentualibus. B. fffo. 39. conce. 127. 2

¶ Aduerte ꝙ contenta in hmōi concordia quia ſunt multa et varia: ponūtur ſparſim in varijs dictionibus iuxta materias quibus pertinēt: et ideo hic non Collector.

ponitur aliquid in particulari de ipſa concordia: ponuntur autem cõplura ex ibidem cõtentis: in dictione Conuectuales fratres: in multis. §.

Collector. ¶ De alijs concordijs ⁊ cõuentionibus antiquis: inter prefatos fratres diuerſis tẽporibus/a diuerſis põtificibus factis: nullam hic facimus mentionem: quiam nullius ſunt momenti. Reliqua circa materiã concordie: vide infra in dictione Conuentiones: ⁊ in dictione Pacta: quia ſub hijs nominibus loquũtur conceſſiones que ad hunc propoſitum attinent.

# Confeſſiones et confeſſores.

¶ Diſtinctio materie confeſſionum ⁊ cõfeſſorum.

Collector. ¶ Attendat prudẽs lector: ꝙ circa materiã cõfeſſionũ ⁊ fratrũ cõfeſſoꝝ: reperiunt̃ cõplura ⁊ diuerſa in priuilegijs fratrũ minoꝝ/⁊ alioꝝ mendicantiũ: que in duas partes principales diuidi poſſunt. Nam quedã pertinẽt preciſe ad ꝑſonas predictoꝝ fratrũ: ⁊ alia tangunt perſonas ſecularium. ¶ Et primo illa que ſpectãt preciſe ad ꝑſonas fratrũ: ſubdiuidũtur. Quedã eni cõcernũt perſonas quib⁹ prefati fratres poſſunt ⁊ debẽt confiteri ordinarie. Et hec habent̃ ſupra in dictione. Abſolutio ordinaria quo ad fratres: in oĩbus. §. Et hic infra §. 1. et. 4. et. 6. Alia reſpiciũt eorũdẽ fratrũ cõfeſſiones ⁊ abſolutiones extraordinarias: q̄. ſ. ſolũ in aliquib⁹ feſtiuitatib⁹ ⁊ nõnullis alijs dieb⁹ fieri poſſunt. Et iſta cõtinentur ſupra in dictione Abſolutio quo ad fratres extraordinaria. ¶ Scḋo illa que tangunt perſonas ſeculariũ/etiã ſubdiſtingunt̃. Quedã nãq; iſtoꝝ attinẽt ad inſtitutionẽ fratrũ qui cõfeſſiones ſeculariũ audire debẽt. Hee aũt ponunt̃ infra. §. 3. et. 5. Et ſupra in dictiõe Abſolutio quo ad ſeculares primo: habentur aliqua que ad prefatã inſtitutionẽ pertinẽt in. §. 6. et in ſequẽtibus vſq; ad. §. 12. et in. 16. ac. 18. Alia aũt ꝑtinet ad hmõi fratrũ cõfeſſoꝝ preſentationẽ epis ſeu ordinarijs faciẽdã: ⁊ ad auctoritatẽ quã ſic inſtituti ⁊ preſentati habẽt ad abſoluẽdũ: etiã a caſib⁹ reſeruatis. Et de hijs habet̃ late ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 1. et. 2. in multis. §. immo fere in oĩbus. Ac ſilr̃ habet̃ circa hoc aliquid hic infra. §. 2. Nõnulla inſuper attinẽt ad hmõi fratres cõfeſſores exiſtẽtes in terris infideliũ: ꝓut ponit̃ infra. §. 8. et. 9.

1 Prohibitio pro fratrib⁹ mẽdicãtib⁹.

Clemens. 4. inhibuit vniuerſis eccleſiarũ prelatis ⁊ alijs quibuſcũq;: ne cõfeſſiones fratrũ mi. preſumãt coꝝ prelatis inuitis audire. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 338. Et idẽ habet̃ quo ad carmelitas. B. ffo. 186. conce. 475. Et quo ad fratres predicatores. B. ffo. 238. cõce. 563.

2 Pro fratrib⁹ mi. ⁊ predicatoribus Euchariſtia Unctio extrema.

Benedictus. 11. ſtatuit ſeu cõceſſit ſequẽtia circa cõfeſſiones. ſ. ꝙ fideles cõfeſſi fratrib⁹ p̄dicatoribus ⁊ minorib⁹: nõ teneant̃ eadẽ pctã ꝓprijs ſacerdotib⁹ cõfiteri. Et ꝙ ſacerdotes ipſi/taliter confeſſis ⁊ abſolutis aſtricti ſint miniſtrare euchariſtie ⁊ extreme vnctionis ſacramenta. Et ꝙ ſuper cõfeſſione facta fratribus memoratis (cum hic de cõfitentis ſolius preiudicio: ſi falſum dicat agatur) in iudicio anime ſeu penitentiali foro: ſtetur ſimplici verbo illius qui ſacramẽta predicta petit/ ⁊ dicit dictis fratribus ſe cõfeſſum. Sed hoc duobus caſib⁹ exceptis. ſ. ſi ſacerdos aſſerat illũ eſſe excõmunicatũ: aut notorie peccatorem. B. fo. 126. Et ffo. 203. conce. 502.

Collector. ¶ Aduertendũ eſt ꝙ ſcḋm quoſdã: predicta bulla Benedicti. 11. que incipit. Inter cũctas: in nullo fuit reuocata ꝑ Clementinã Dudũ de ſepulturis: niſi

quo ad preſentationem confeſſoꝝ epiſcopis faciendam: ⁊ declarationem caſu 2
um epiſcopis reſeruatoꝝ. Primum iſtoꝝ.ſ. preſentatio ſeruari debet: prout
in predicta clemētina continetur: aut ſaltem forma per Innocētium.8. cōceſ
ſa. Scōm vero.ſ. caſuum determinatio: manet in ſuo vigore: propter reualida
tionē Sixti.4. ſuprapoſitam. in dictione Abſolutio quoad ſeculares.2.§.6.

**Sixtus.** 4. conceſſit ordini Carmelitaꝝ vt generalis per ſe: ⁊ prouin 3
ciales in ſuis capitulis prouincialibus cū diffinitoribus ipſo Ex p̄uilegijs
rum capituloꝝ: poſſint auctoritate apoſtolica fratribus eiuſdem ordinis ſacer carmelitarū
dotibus in ſacra pagina eruditis/examinatis ⁊ aprobatis ab eis: officiū pre Inſtitutio cō
dicationis cōmittere. Necnō tam ipſis q̄ alijs fratribꝰ dicti ordinis ad id ido feſſorum.
neis: audiendi cōfeſſiones ⁊ abſoluendi cōfitentes/ac iniungendi eis peniten
tias ſalutares: ſimiliter officium cōmittere. B.fo.101. Et.ffo.185.conce.463. 3
Simili modo cōtinetur in mari magno Auguſtinēſiū. B.ffo.244.cōce.589. Collector.
¶ Aduerte q̄ in priuilegijs alioꝝ fratrum mendicantiū: non reperitur ſimilis
cōceſſio quo ad inſtitutionem cōfeſſoꝝ/vt credo. Et ideo virtute cōmunicatio
nis priuilegioꝝ: ſolūmodo poterunt miniſtri prouinciales fratrū mi. ⁊ priores
prouinciales fratrum predicatoꝝ: in ſuis capitulis prouincialibus cōmittere
fratribꝰ ſuis officia predicādi ⁊ cōfeſſiōes audiēdi: niſi aliud p̄uilegiū habeāt.
¶ IDEM Sixtus fecit quandā cōceſſionē pro fratribꝰ itinerātibus vt poſ 4
ſint cōfiteri q̄buſlibet ſacerdotibꝰ etiā ſecularibꝰ de licētia ſuoꝝ p̄latoꝝ: put
habet ſupra in dictiōe Abſolutio ordinaria quoad fratres in.§.25.

**Innocentius.** 8. ſtatuit ſub grauibꝰ cēſuris ⁊ penis: ne quiſq̄ fra 5
trū mi. obſeruantie: ſine ſuoꝝ ſuperioꝝ licentia: ac Prohibitio
deputatione ⁊ inſtitutione: officiū confeſſoris monialium/vel ſoroꝝ tertij ordi pro fratribꝰ
nis/aut aliaꝝ quarūlibet cōſimilium: ſeu temporalium dn̄oꝝ ⁊ aliaꝝ perſona ſubditis.
rum ſecularium ⁊ regularium vtriuſq̄ ſexus aſſumere ⁊ exercere preſumāt:
⁊ ſi ad/id apoſtolica auctoritate deputarentur. B.ffo.157.conce.375.
¶ IDEM Innocentius ſtatuit q̄ de cetero perpetuis futuris tēporibus: 6
quecūq̄ perſone fratrū heremitaꝝ ſancti Auguſtini: cōgregationis regularis De Auguſti
obſeruātie prouincie hiſpanie: qui nunc ſunt ⁊ pro tēpore erunt: pretextu bul nenſibus.
le cruciate: aut cuiuſuis alterius facultatis eis ⁊ cuilibet eaꝝ per ſedem apo Particula
ſtolicam ſeu eius legatos: ſub quibuſuis verboꝝ formis cōceſſe: ⁊ que forſan ris pro hiſpa
concedi contigerit in futurum: alium q̄ priorem vel ſubpriorem ſuum: aut ali nia.
quem ab eodem priore vel ſubpriore/ex eis deputatis pro tēpore cōfeſſoribus Cruciata.
in ſuum confeſſorem eligere nequeant. b.ffo.264.conce.683.

**Alexander.** 6. cōceſſit generali ⁊ prouincialibus ac cuſtodibus or 7
dinis minoꝝ de obſeruātia: vt in locis in q̄bus fratres
cōuentuales vel de obſeruātia dicti ordinis cōmode haberi nō poſſunt: fratri
bus ⁊ ſororibus tertij ordinis: vbicūq̄ vltra mōtes cōmorantibus (de cōſilio De tertiarijs
aliquoꝝ fratrum) cōfeſſores preſbiteros ſeculares vel aliorum ordinū regula Sacramēta.
res honeſtos/deputare valeāt: quibus cōfiteri: ⁊ ab eis quecunq̄ eccleſiaſti
ca ſacramenta recipere poſſint. B.fo.39. Et.ffo.123.conce.269.
¶ Aduerte q̄ in fauorem confeſſorum ſimpliciū habetur quedā notabilis cō Pro cōfeſſo.
ceſſio ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quoad fratres poſt.§.23. ſimplicibus

¶ Sequuntur aliqua ſpectantia ad Fratres
confeſſores/in terris infidelium exiſtentes.

8 **Gregorius.** 9.cōceſſit fratribus mi.eūtibus ad parteſ infideliū:ſeu ibidē exiſtētibuſ:vt in terriſ illis ſit eis licitū cōicare cū
Excōicatio. excōicatis in hijs q̄ ad ſalutē aiaꝝ pertinēt. Quibus etiā dūmodo ſint latini
Abſolutio. ⁊ aplice ſedi obediāt:fr̄es p̄dicti q̄ fuerit p̄ſbiteri valeāt (cōgrua ſatiſfactiōe
9 p̄miſſa) ſm formā eccl'ie:abſolutiōiſ bn̄ficiū ipartiri.b.fo.20.Et ffo.22.cōc.3.
¶IDEM Gregorius cōceſſit predictis fratribuſ ad terraſ infideliū ꝓficiſ centib⁹:vt eos q̄ per apoſtaſiā/aut ſciſma/vel hereſim a fide receſſerūt:⁊ iter
Abſolutio. ſarracenos habitāt:poſſint abſoluere ac recōciliare per gratiā penitētie ſalu taris:ſi ad obediētiā eccleſie romane voluerit redire.b.fo.20. Et ffo.22.cō.4.

# Confirmatio prelatorum.

1 **Clemēs.** 4.ſtatuit ꝙ generales miniſtri fratrum mi. ſtatim poſtꝙ electi fuerint ſm regulam ⁊ cōſtitutiones or
Generalis miniſter. dinis:eo ipſo veri miniſtri generales eiuſdem ordinis ſint effecti:
Collector. hoc eſt ꝙ pro cōfirmatis habeātur.B.fo.56.Et.ffo.139.cō.307.
¶Circa cōfirmationē vicarioꝝ tam generalium ꝙ prouincialiū: fuerunt nonnulla ordinata per aliquos ſummos pontifices: que quia iam nō deſeruiunt/omiſſa ſunt.

2 Miniſtri pro uinciales **Clemens.** 5.in declaratione regule fratrū mino.ſtatuit ꝙ confirmatio electiōis miniſtri prouīcialiſ predictoꝝ fratrū ꝑtineat ad miniſtrū generalē:prout habetur latius infra in dictione Electio.§.7.

3 Magiſter ge neralis. **Leo.** 10.ſtatuit ꝙ generales magiſtri fratrū mino.cōuentualiū: teneant petere cōfirmationē a miniſtro generali eiuſdē totius ordinis:quē admodū vicarij generales olim de familia vel de obſeruātia petere tenebant antea a miniſtro generali cōuentualium.B.fffo.32.conce.105.

4 Magiſtri ꝓ uinciales. ¶IDEM Leo ſtatuit ꝙ magiſtri prouinciales predicti ordinis:in ſinguliſ prouincijs teneantur petere cōfirmationem a miniſtris prouincialibus regu laris obſeruātie:eo modo quo vicarij prouinciales/ olim de familia nūcupati antea petere tenebantur a miniſtris conuentualibus. B.fffo.32. conce.106.

# Conſecrare res eccleſiaſticas.

Collector. ¶Circa cōſecrationem altariū quid conceſſum ſit a ſede apoſtolica:dictū eſt ſupra in dictione Altare. Et ſimiliter ea q̄ pertinēt ad cōſecrationē eccleſiaꝝ ⁊ aliarum rerum eccleſiaſticarum:habētur ſupra in dictione Benedicere : q2 cōiunxtim cum attinentibus ad benedictionem cōceſſa ſunt:ideo require ibi. §.3.ac.5.et.6.et.11.et.12.ac.13.Uide etiam in dictione Eccleſie fratrum.§.5.

# Conſeruatores ordinis.

1 **Sixtus.** 4.mandauit quibuſlibet in dignitate eccleſiaſtica cōſtitutis:⁊ metropolitane vel alterius cathedra lis eccleſie canonicis per vniuerſum orbē: qui per guardianos ⁊ fratres ordinis mi. ſeu ſindicos romane eccleſie predicto ordini deputatos requiſiti fuerint:quatenus per ſe vel alium ſeu alios vbi ⁊ quādo opus fuerit:ſolēniter publicent eoꝝ priuilegia : ⁊ eiſdē ac illoꝝ domibus ⁊ profeſſoribus efficacis defenſiōis preſidio aſſiſtētes: faciāt eos pa
Priuilegia. cifica poſſeſſione priuilegioꝝ ⁊ cōceſſionū hmōi gaudere: non p̄mittentes per quoſcūqꝫ indebite moleſtari ⁊c.B.fo.61.et.ffo.145.cōce.356.vbi ad lōgū po

nitur poteſtas cōſeruatoꝝ/ ⁊ mod⁹ quē obſeruare debēt. Et ſimiliter habetur Pro oībus
quo ad fratres carmelitas. ffo.189. cōce.484. Et quoad p̄dicatores. ffo.242. fratrib⁹ mē/
cōce.588. Et quoad Auguſtinēſes. ffo.251. conce.640. dicantibus.

**Iulius.** 2. ſtatuit vt quecūq; perſona ſeu pſone: alias de iure capaces: 2
pro parte fratrū mi. requiſite: niſi legitimo impedimēto detēn Excōicatio.
te fuerit: iuriſdictionē ⁊ cōſeruationē eorūdē fratrū vigore priuilegioꝝ ſuoꝝ:
ſub excōicationis pena ſuſcipere teneātur. B. fo.43. Et. ffo.126. cōce.280.

¶ Aduertēdū eſt q virtute huius cōceſſionis Julij ⁊ alteri⁹ antepoſite Sixti Collector.
iā frēs nō ſunt aſtricti ad certos ⁊ determinatos cōſeruatores: ſicut olim qn̄
quelibet natio ſeu prouincia habebat p bullā particularē/ duos vel tres cōſer
uatores determinatos ſub noīe dignitatis. Ita q ille prouiſiones poſſunt ho Nota.
die lacerari ⁊ cōburi tāq̄ ſupflue: ex quo per prefatas cōceſſiones Sixti ⁊ Ju
lij: pn̄t illos cōſeruatores ſeu quoſlʒ alios aſſumere. Et idē ē de cōſeruatorib⁹
ꝑticularib⁹ quos aliq̄ frēs mīr⁹ docti ꝓcurāt ſepe ꝓ negotijs ſupuenientib⁹:
q̄r. ſ. ē ſupflua hmōi procuratio: cū ꝯſeruatoria maris magni ſit ꝑpetua ⁊ vlis

**Leo.** 10. in cōcilio Lateranenſi ſtatuit: vt cōſeruatores fratrū pro tēpore 3
a ſede apoſtolica deputandi: doctrina ⁊ probitate ſint preſtātes: ⁊ Concilium.
in eccl'iaſtica dignitate cōſtituti eſſe debeāt. Et voluit vt corā eis per eoſdē fra Reſtrictio.
tres q̄b⁹ dati fuerit: vltra duas dictas/ a loco ſue ſolite hītationis: null⁹ trahi
poſſit. priuilegijs ſuper hoc alias eis conceſſis/ nullatenus ſuffragantibus.
B. fffo.26. conce.83.

¶ IDEM Leo habita informatiōe q in aliq̄bus ptibus multa grauamina 4
inferebātur fratrib⁹ mēdicantib⁹ ab eccleſiaſticis pſonis: ſpecialiter aſſeren/ Confeſſio.
do q cōfeſſi fratrib⁹ debite preſentatis: tenebātur iterū eadē peccata cōfiteri
ſuis curatis: ⁊ q ſacramēta Eucbariſtie ⁊ extreme vnctionis nō poterāt a fra
tribus miniſtrari illis q̄bus ſine cauſa dicti curati recuſabāt hmōi ſacramēta Sacramēta.
adminiſtrare: ac q chriſti fideles audientes miſſas diebus dn̄icis ⁊ feſtiuis in Miſſas.
eccleſijs fratrū: nō ſatiſfaciebāt precepto eccleſie: ⁊ alia multa conſimilia: de/
dit cōſeruatores omnes eccleſiaꝝ prelatos: diſtricte eis precipiendo: vt quādo
cunq; requiſiti fuerint a fratribus predictis: nō permittant eos moleſtari aut
grauari: ſed cōtra tales moleſtatores ꝓcedāt p cēſuras eccleſiaſticas ⁊ alia iu
ris remedia. B. fffo.47. cōc.142.

## Cōueniri in iudicio.

**Innocētius.** 4. cōceſſit vt fratres mino. nequeāt cōue 1
niri in iudicio: etiā p litteras apoſtolicas
que de huiuſmodi indulto ⁊ predicto ordine mentionem non fe
cerint. B. fo.25. et. ffo.109. conce.235.

**Clemens.** 4. cōceſſit ⁊ ſtatuit: q per lrās apoſtolice ſedis: aut legato 2
rū/ ſeu delegatoꝝ ipſi⁹: cōueniri a quoq̄ p̄dicti fratres mi Legati.
no. minime valeāt. B. fo.57. Et. ffo.140. cōce.321. Vide circa hoc infra. §.4.

¶ IDEM Clemēs cōceſſit q frēs mi. nec ratiōe delicti/ aut cōtract⁹/ ſeu rei 3
de qua cōtra ipſos frēs ageret: poſſint corā locoꝝ ordinarijs cōueniri: nec illi
quo ad hoc ſuā in ipſos iuriſdictionē exercere: decernens irritū ⁊ inane quic/
quid ſecus factum vel attentatum fuerit. B. fo.59. Et. ffo.142. conce.342.

**Sixtus.** 4. ſtatuit ne locoꝝ dioceſani aut alij ordinarij ſeu alij q̄cūq; i 4
pſonas aut loca fratrū predictoꝝ: cōtra prefati Clemētis ordi Dioceſani.
nationem ſupͣpoſitam: ſibi quamcunq; iuriſdictionem aut ſuperioritatem

vendicare preſumāt. Ac diſtricte inhibuit: ne quiſpiam abſq; ſedis apoſtolice ſpeciali commiſſione aut auctoritate/in perſonas/ domos ⁊ loca dicti ordinis (vt pote prorſus exempta) aliquas cenſuras vel ſententias/ſpecialiter vel generaliter promulgare audeat ⁊c. B.fo.60. Et ffo.144.conce.347.

Collector. ¶ De hoc habetur etiam late in mari magno Carmelitarum.ffo.161.cōce.384.
Pro oībus mēdicātib⁹. Et.ffo.187.cōce.479. Et in mari magno predicatorum ffo.239.cōc.570. Et in mari magno Auguſtinenſium.ffo.248.conce.620.

# Conuentiones.

1 Cuſtodes. Guardiani. Alexander.4.irritauit ac nullius exiſtere firmitatis decreuit omnes cōuētiones/obligationes/cōpoſitiōes ⁊ pacta que fratres mi.etiā ſi ſint guardiani vel cuſtodes/fecerint contra predicti ordinis ſtatuta vel conſuetudines: abſq; generalis vel miniſtrorum prouincialium licentia ⁊ aſſenſu.b.fo.27.Et.ffo.26.conce.17.

2 Miniſtri prouinciales. Honorius.4.decreuit irrita ⁊ inania pacta quecunq;: que fratres minores: etiam ſi ſint miniſtri prouinciales: in receptionibus locorum ⁊ domorum eiuſdem ordinis cum prelatis/rectorib⁹ ⁊ clericis eccleſiarum in quarum territorio/domus ⁊ loca predicta cōſiſtunt (ſi abſq; licētia generalis miniſtri vel capituli etiam generalis) inire preſumpſerint/ in preiudicium dicti ordinis. B.fo.48. Et ffo.132.conce.297.
Miniſter generalis.

3 Capīm gñale vel ꝓuīciale. Leo.10.in cōcilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ pacta ⁊ cōuentiones inter fratres ⁊ prelatos ac curatos (pro tēpore inita) valeant: niſi per ſubſecutum capitulū proximū generale vel prouinciale refutata: ⁊ per eos refutatio hmōi intimata debito tēpore fuerit. B.fffo.26.conce.75.

# Conuentuales fratres.

Collector. ¶ Omiſſis ꝙ̄ plurimis que de fratribus minoribus cōuentualibus fuerunt ſtatuta ⁊ ordinata per multos ſummos pōtifices: preſertim poſtꝙ̄ per concilium Cōſtantienſe fuerunt ſegregati ab eis fratres eiuſdē ordinis regularis obſeruātie: vſq; ad vltimum capitulū generaliſſimum/rome celebratū tēpore Leonis decimi: vbi trāſlatum fuit officium miniſteriatus: ⁊ omnis preeminentia ordinis ad fratres mi.obſeruātie: ſolum ponentur in hoc cōpendio ea que in predicto capitulo generaliſſimo per prefatū Leonem decimū fuerunt quo ad huiuſmodi cōuentuales ordinata: nam fere omnia alia antiquitus circa illos ſtatuta: iam ſunt ſuperuacua: exceptis duabus conceſſionibus que habentur ſupra in dictione Apoſtate.§.15.et.16.

1 Licentiare fratres. Cp̄z ꝓuīcia. Leo.10.ſtatuit in bulla vnionis ꝙ de cetero nul⁹ frater reformatus poſſit per quemcunq; prelatum ordinis (etiam miniſtrum generalem) mitti ad morandum ad aliquem conuentum non reformatum: aut pro reformato non habitum/ ſcilicet cōuentualiū. Excepto ꝙ ſi capitulis prouincialib⁹ videbitur min⁹ malū aliquē fratrē licētiare ad nōdū reformatos: ꝙ̄ ipm cū reformatis retinere: tali caſu poſſint prelati mittere fratrē ſeu fratres reformatos ad nōdū reformatos. Et inhibuit ſub pena excōicatiōis late ſentētie: omnibus ⁊ ſingulis cōuentualium ſui priuilegia viuentium prelatis ac ſubditis; ne aliquem ex prefatis
Excōicatio.

reformatis:niſi modo predicto recipere audeāt. Similiter ⁊ dictis reforma-tis fratribus ſub eadem pena prohibuit: ne ab obedientia ſuorum miniſtroꝝ vllatenus ꝙ modo predicto recedant. B.fffo.30.conce.100.

¶ Aduerte circa predicta de licentiandis ſeu mittendis aliquibus fratribus de obſeruātia ad couentuales: ꝙ licet hic cōcedatur vel potius permittatur: non tamē eſt tutuz ſic facere (prout in caplo generali Mecliniēſi) vbi fuit electus reuerēdus pater clare memorie Oliuerius Maillardi: determinatum eſt ſub ſequētibus verbis. ¶ Declaratur ꝙ fratres familie obſeruātie/nō poſſunt ſalua cōſciencia ⁊ quantumcūꝗ diſcoli fuerint: licētiari vt conuentualibus ſe ſubijciant:etiā ſi in obſeruātia ſtare noluerint: ſed a ſuis inſolētijs coerceantur penis debitis vſꝗ ad carceres. Profeſſi autē ſub cōuentualibus et poſtea nobis adiuncti:cum a ſuis inſolentijs reſipiſcere noluerint: ⁊ licētiam poſtulauerint:licētiari poſſunt:dūmodo in obſeruātia ſub cōuentualibus predictis ſtare voluerint:alias non. Habetur hoc ſtatutum.fo.228.tractatu.3.Et ffo.247.tractatu.2. Collector. Statutū capituli generalis. Nota.

2 ¶ IDEM Leo precepit generali ⁊ prouincialibus miniſtris/ſub excōmunicationis late ſentētie pena:ne directe vel indirecte procurent malicioſe ꝙ domus ⁊ loca fratrū cōuentualiū:ſeu monaſteria monialium cure magiſtri generalis cōuentualium huiuſmodi ſubiecta:eis quoquomodo auferantur:decernens ꝙ quicquid in contrarium attentatum fuerit:ſit eo ipſo irritum ⁊ inane B.fffo.32.conce.108. Reformatio Excōicatio.

3 ¶ IDEM Leo ſtatuit ꝙ nulla domus ſeu cōuentus fratrum minoꝝ cōuentualiū:poſſit transferri ad obedientiā fratrū obſeruātie in qua fuerint minus ꝙ decem fratres:ſed ſi fuerint plures.ſ.a decem vſꝗ ad viginti:nō poſſit etiā transferri niſi tres partes fratrum talis domus cōſenſerint. Si autem fuerint a viginti ⁊ ſupra vſꝗ ad quemcūꝗ numerum:nequeant etiam reformari niſi due partes predictoꝝ fratrū cōſentiant. Et voluit ꝙ in quocūꝗ prefatoꝝ duoꝝ caſuum miniſter generalis ⁊ prouinciales poſſint (quacūꝗ contradictione nō obſtante) domos fratrum cōuentualium ⁊ illaꝝ fratres huiuſmodi:libere ⁊ licite recipere. B.fffo.32.conce.110. Reformatio cōuentuum.

4 ¶ IDEM Leo cōceſſit ſingulis fratribus cōuentualibus ad generalem et prouinciales miniſtros tranſire volentibus:vt ab eoꝝ ſuperiore prius petita licet nō obtēta licētia:liberā trāſeundi licentiā ⁊ facultatē. B.fffo.32.cōc.111. Licentia.

5 ¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ illi ex fratribus cōuentualibus qui vitā reformatam ſub generali ſeu prouincialiū magiſtroꝝ cura ducere voluerint: ſub eoꝝ regimine permanere poſſint:dūmodo aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtinguantur ⁊ diſcernantur ab obſeruātibus qui vitam regularem ſub generali ſeu prouincialibus miniſtris ducunt:prout generalis miniſter ⁊ magiſter inter ſe conuenerint. B.fffo.32.conce.112. Reformatio fratrū cōuentualium.

6 ¶ IDEM Leo ſtatuit qualiter fratres mi.cōuentuales ſe debeant habere cum fratribus obſeruātibus eiuſdem ordinis: in proceſſionibus ⁊ alijs locis publicis:prout habetur infra in dictione Proceſſiones.§.3.et.4. Proceſſiōes

7 ¶ IDEM Leo motu proprio mandauit in virtute ſancte obediētie/ac ſub excōmunicationis late ſentētie ⁊ priuationis officioꝝ penis: ipſo facto incurrendis:generali ⁊ prouincialibus magiſtris predictoꝝ fratrum cōuentualiū: quatenus dictos ſubditos ſuos moneant ⁊ cōpellant ne predicent aut diſpu- Prohibitio Excōicatio.

tẽt vel maledica verba iactare preſumãt cõtra decreta ⁊ ordinata per ipſum met Leonẽ in capitulo generaliſſimo Rome vltimo celebrato.ſ.in bullis vnionis ⁊ concordie.B.ſſfo.35.conce.120.

8 ¶IDEM Leo precepit vniuerſis ⁊ ſingulis patriarchis/archiepiſcopis ⁊ epiſcopis in virtute ſancte obediẽtie:ac ſub pena interdicti ingreſſus eccleſie:

Excõicatio. ac ſuſpẽſionis a diuinis:inferioribus vero prelatis: ſub excõmunicationis late ſententie penis ipſo facto incurrendis:a quibus nõ niſi per romanũ põtificem (preterꝗ̃ in mortis articulo) poſſint abſolui:vt quoties a fratribus regularis obſeruãtie requiſiti fuerint:moneãt per eorũ litteras patentes predictos

Concordia. fratres cõuentuales:ſub pena ãmiſſionis priuilegiorum eis per dictam bullam concordie cõceſſorum:vt predictam bullam cõcordie ac omnia ⁊ ſingula in ea contenta:cũ effectu obſeruent.Et vt in euentum in quem eis cõſtiterit eos cõtraueniſſe:declarẽt eos penã priuationis huiuſmodi incurriſſe.Ac ex tunc fratres ipſos cõuentuales:omnimode ſubiectioni/correctioni ⁊ obediẽtie generalis ⁊ prouincialiũ miniſtrorum: in ſuis prouincijs reſpectiue perpetuo (iuxta formam litterarum capituli generaliſſimi) ſubiectos eſſe: inhibẽdo tam generali ꝙ̃ prouincialibus magiſtris:ne de dictis fratribus cõuentualibus vel eorum domibus ⁊ locis vllatenus (niſi ꝙ̃tum a miniſtris generali ⁊ prouincialib9 illis fue

Reformatio rit cõceſſum) ſe intromittãt vllomodo.Qui quidẽ miniſtri generalis ⁊ prouinciales ad omnimodam dictorum cõuentualium reformationẽ etiam per fauores regum ⁊ principum ⁊ cõmunitatum:inſudare teneãtur:bonis tamẽ immobili

Bõa imobi. bus dictorum cõuentuum per generalem ⁊ prouinciales miniſtros reformandorum:pro vna quarta/eccleſie cathedrali ſeu dioceſi in qua dicti cõuentus ſiti fuerint:pro duabus vero in expeditionem cruciate cõtra infideles:pro reliqua autẽ quarta partibus:in reparationẽ dictorum cõuentuũ (ipſo facto quo ad obedientiã dictorum miniſtrorum reducti fuerint) ꝑ eos applicatis.B.ſſfo.39.cõ.127.

Collector. ¶Vide aliquid tangens conuentuales fratres : infra in dictione Elecmoſinas.§.5.et.9.ſcilicet qualiter eis prohibitum ſit ne petant elecmoſinas ſub nomine obſeruantium.

¶Vide etiam qualiter fratres conuentuales poſſint puniri a fratribus obſeruantibus:infra in dictione Correctio.§.11.

¶Item qualiter fratres cõuentuales qui prius fuerunt de obſeruantia : nequeant ſuccedere ſuis propinquis:vide infra in dictione Heredes.§.5.et.6.

# Correctio fratrum.

1 Generalis miniſter. Innocentius.4.ſtatuit ſeu conceſſit: vt vniuerſos fratres minores qui morãtur in obſequijs aliquorum (illis dũtaxat exceptis qui fuerit ad legatorum ſedis apoſtolice ſeruitia deputati) poſſit ⁊ valeat generalis dicti ordinis libere viſitare/corrigere ⁊ amouere/ ac alios pro eis ſubſtituere: prout ſm deũ viderit expedire:nõ obſtantibus litteris ſeu indultis ſedis apoſtolice quibuſcunqꝫ.B.fo.29.Et.ſſo.113.conce.245.

2 Miniſtri prouinciales. Alexander.4.cõceſſit ꝙ ſi aliqui fratres mi.aſſignati fuerint a ſede apoſtolica archiẽpis vel ẽpis: poſſint miniſtri ⁊ eorum vicarij eos corrigere ⁊ ad ordinẽ reuocare. Et ꝙ nõ teneãtur prelati ordinis aliquos frẽs aſſignare ꝑdictis ẽpis ſeu archiẽpis:virtute quarũcũqꝫ lrarum

apoſtolicaꝝ nō facientium expreſſam mentionem de iſtis.b.fo.24.

**Clemens**.4.ſtatuit ꝙ generalis ⁊ prouinciales miniſtri ⁊ eoꝝ vica‑ 3
rij:illos ex fratribus minoribus: de quibus auctoritate lit‑ Generalis ⁊
terarū ſedis apoſtolice vel legatoꝝ ipſius:archiepis vel epis: ⁊ alijs quibuſ‑ prouincia‑
cunq; prouiſum fuerit:corrigere poſſint:ac etiam (nō obſtāte cōtradictione ali‑ les miniſtri.
qua)eos ad ordinē ſuum reuocare.Et ꝙ nec ꝑ litteras eiuſdē ſedis aut legato
rum ipſius:aliquos de fratribus predictis teneantur prelati ordinis/archiepi
ſcopis ⁊ epiſcopis:aut alijs ꝑſonis in ſocios deputare: niſi dicte littere de in‑
dulto huiuſmodi ⁊ ordinatione/expreſſam facerent mētionē : ac alias id hone
ſtati ordinis ⁊ ſaluti illoꝝ viderint expedire.B.fo.57.Et.ffo.141.conce.324.
¶IDEM habetur in mari magno Carmelitarum.ffo.185.cōce.467.Et Collector.
in mari magno predicatorum.ffo.237.conce.552.
¶IDEM Clemens ſtatuit qualiter generalis ⁊ prouinciales miniſtri poſ‑ 4
ſint ⁊ debeant corrigere fratres apoſtatas: vt habetur ſupra in dictione Apo‑ De apoſtatis
ſtate.§.8.et.9.

**Gregorius**.11.ſtatuit qualr oēs ⁊ ſinguli fratres ordinū mendicā‑ 5
tiū qui fuerint capellani ſedis apoſtolice: poſſint corri‑
gi ꝑ ſuperiores dictoꝝ ordinū:prout habet in dictiōe Exēpti frēs.§.2.vide ibi.

**Bonifacius**.8.cōceſſit vt prelati ordinis minoꝝ: ad correctiones ⁊ 6
punitiones fratrū eiuſdem ordinis delinquentiū infli‑ Prelati.
gendas:ad quos eedē ſpectare noſcunt (rimulis ⁊ apicibus iuris poſtpoſitis)
libere procedere valeāt ſm cōſuetudines approbatas: ⁊ gnālia ſtatuta ipſius
ordinis facta ⁊ fienda. Ac inſuper voluit nō licere predictis fratribus ab eiſ‑ Appellare.
dem correctiōib⁹ ⁊ punitionib⁹ aliquaten⁹ appellare/preuia tn̄ in hoc delibe
ratiōe/ac maturitate debita obſeruatis.B.fo.125.Et.ffo.202.cōce.499.
¶IDEM Bonifaciuſ ſtatuit qualiter fratres minores apoſtatātes debeāt 7
corrigi vt habetur ſupra in dictione Apoſtate.§.13.

**Eugenius**.4.et Pius.2.ordinauerunt aliqua circa correctiones 8
fratrum minoꝝ:tam conuentualium ꝙ obſeruantium:
prout poſitum eſt in dictione Apoſtate.§.15.Et quo ad carmelitanos.§.16.
vbi ſupra.

**Nicolaus**.5.cōceſſit miniſtro generali pro tempore exiſtenti ꝙ oēs ⁊ 9
ſingulos fratres:ſiue ī monaſterijs monialiū/ſiue in alijſ Generalis
domibus/cōuentibus/heremitorijs/⁊ locis dicti ordinis cōmorantes: etiā ab miniſter.
obedientia/ viſitatione ⁊ correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis indulta
ſe exēptos eſſe(preter regule ⁊ ſtatutoꝝ dicti ordinis formā)pretendētes:non
obſtantibus quibuſcūq; priuilegijs/exēptionibus/indultis/⁊ litteris apoſto‑ Exēpti fres.
licis eis/eorūq; monaſterijs/ſiue domibus/cōuētibus/locis prefatis ⁊ heremi
torijs per ſedē apoſtolicā in genere vel in ſpecie cōceſſis:de q̄bus in hijs litte‑
ris habenda eſſet mētio ſpecialis:poſſit iuxta conſtitutiones ⁊ regularia inſti
tuta antiqua dicti ordinis corrigere/viſitare/punire/⁊ emendare:ac in crimi‑ Torquere
nibus grauioribus: ſi res ipſa exegerit (cum moderamine tamen) torture ſu‑ fratres.
bijcere poſſit ⁊ valeat dictus miniſter generalis.b.ffo.47.conce.50.

**Sixtus**.4.ſtatuit in bulla aurea:ꝙ magiſter generalis predicatorū ⁊ 10
miniſter generalis fratrum mi. poſſint geſta per fratres ſuo‑ Inquiſitores
rum ordinum reſpectiue:qui ſunt inquiſitores heretice prauitatis examinare: heresis.

Pro fratri- et querellas cõtra illos propoſitas audire:ac ſuper illis quãtum eis iuſtum ⁊
b9 p̄di, ⁊ mi, equũ videbitur ſtatuere ⁊ ordinare. Et ſi eos in aliquo deliquiſſe inuenerint: illos iuxta exceſſuum exigentiam: etiam per eorum ab officio amotionem/ ac alias corrigere ⁊ punire. B.fo.66. Et ffo.149.conce.366.

11 Particularis ꝓ hiſpania. Cõtra cõuentuales fratres ſtudentes.

**Innocentius.** 8.cõceſſit vicario generali fratruꝫ ordinis predicatorũ de obſeruãtia cõgregationis prouincie hiſpanie:ꝙ correctio fratrũ dicte cõgregationis:vndecũꝙ ad terminos preſidentiũ cõuentuum reformatoꝝ venientium: iuxta cõſtitutiones dicti ordinis fieri debeat:⁊ ad eoſdem preſidẽtes pertineat. Non obſtantibus quibuſcũꝙ priuilegijs/indultis ⁊ lr̄is ap̄licis:ſcolaſtico ac vniuerſitati Salmãtine/ac q̄buſcũꝙ vniuerſitatibus per ſedem apoſtolicam cõceſſis: que aduerſus preſentes noluit in aliquo ſuffragari poſſe:dũmodo propter correctiones huiuſmodi faciẽdas:ſtudiũ fratrũ corrigendoꝝ nõ impediatur.b.ffo.76.cõce.194.

Collector. Nota. ¶ Hec cõceſſio deſeruit etiã fratribus minoꝝ.partiũ hiſpaniaꝝ: vt virtute cõmunicatiõis priuilegioꝝ de qua ſupra in dictiõe Cõicatio priuile.§.10.poſſint ſimiliter corrigere fratres eiuſdem ordinis:preſertim Salmãtice ⁊ compluti: vbi cauſa ſtudij ſunt fratres conuentuales.

12 Excõicatio. **Alexander.** 6.cõceſſit ꝙ nõ obſtante capitulo vniuerſitatis:de ſententia excõmunicationis: prelati noſtri poſſint percutere per alium (cauſa correctionis) ⁊ nõ cogãtur cum propria perſona: etiam ſi neceſſitas nõ vrgeat.o.ffo.70.cõce.175. Et fffo.99.cõce.359.

13 **Leo.** 10.cõceſſit idem qđ Alexãder prefatus:⁊ adhuc clarius.ſ.vt quãdo aliquem fratrẽ cauſa correctionis vel abſolutionis oportet verberare:poſſint prelati ordinis mi.de obſeruãtia ⁊ eoꝝ cõmiſſarij:manu vicarij vel cuiuſuis alteri9 fratris ſubditi:eum verberare ſeu diſciplinare. Nõ obſtãte capitulo Uniuerſitatis de ſententia excõmunicatiõis.o.fffo.93.cõce.292.

## Corporalia.

1 **Calixtus.** 3.cõceſſit ꝙ fratres minores laici: poſſint tangere ⁊ lauare corporalia.o.fffo.101.conce.398.

Collector. ¶ Uide aliam conceſ.prefati Calixti in dictione Ornamenta eccleſiaſtica.§.3.

2 Fratres laici **Sixtus.** 4.cõceſſit ꝙ omnes fratres clerici ⁊ laici poſſint tangere ſine ſcrupulo cõſcientie/calices ⁊ corporalia ⁊ alia paramẽta: cũ reuerentia tamen.o.fffo.97.conce.343.

3 Pro monialibus. ¶ IDEM Sixtus cõceſſit omnibus monialibus ſancte Clare/ac ſororib9 tertij ordinis cure fratrum mi.cõmiſſis ꝙ poſſint tangere ⁊ lauare ſacros pãnos/exceptis corporalibus. Et poſtmodum idem Sixtus conceſſit:vt omnes ſorores ſupraſcripte/ſub clauſura ⁊ cõgregatione viuentes:etiam corporalia et purificatoria tangere poſſint:dummodo ſteterint lota a fratribus.o.fo.62. Et.ffo.66.conce.97. Et fffo.95.conce.318.

Collector. ¶ Qualiter prelati ordinis mi.⁊ quãdoꝙ aliqui alij fratres poſſint benedicere corporalia:vide ſupra in dictione Benedicere.§.1.⁊.7.⁊.8.⁊.11.

## Credo.

Pro ſanctis ordinis. **Sixtus.** 4.conceſſit ꝙ fratres mi.poſſint dicere credo in ſolẽnitatib9

ſanctorum ſui ordinis ⁊ ſancte Clare,o.fo.63,Et ffo.67,cōce.118.Et fffo.96, conce.329.

2 ¶ IDEM ſixtus conceſſit:ꝙ predicti fratres poſſint dicere credo in octaua beati Franciſci.o.fo.63.Et ffo.68.cōce.133.Et fffo.100.conce.380.

¶ Attamen vtrū hec cōceſſio debeat itelligi tm̄ de die octauo/vel de oībus diebus infra octauam:dubiū videt̃. Saluo tñ meliori iudicio poſſet dici ꝙ de omnibus diebus infra octauā intelligenda ſit: nam non reperit̃ ꝙ aliquando ſm̄ vſum Romanum dicatur credo in die octauo alicuius feſtiuitatis:ratione eiuſdem feſtiuitatis:⁊ ꝙ non dicatur in alijs diebus infra octauam.

Collector.

# Cruciata.

1 Clemens.4.ſtatuit ꝙ fratres mi.qui ad predicādū crucē/ſeu cruciatā: ſeu ad alia huiōi negocia fuerint a ſede apoſtolica deputati:poſſit generalis miniſter remouere/ſeu reuocare ⁊ penitus transferre:ipſiſqꝫ ꝙ ſuperſedeant iniungere: alioſqꝫ ſubſtituere cū expedire viderit: ⁊ in eos ſi cōtra venerint: cenſurā eccleſiaſticam exercere. Ac ꝙ quilibet miniſter prouīcialis vel eius vicarius eiuſdē ordinis:idipſum poſſit in ſua ꝓuincia circa fratres ſuos/quibus ab eadē ſede ſimilia cōtigerit cōmitti. Non obſtātibus aliquib⁹ litteris vel indultis aplicis:que de hoc nō fecerint mētionē. B.fo.57.Et ffo.141.cōce.326.

Miniſtri generales ⁊ ꝓuinciales.

2 Innocentius.8.declarauit:fratres mi.non poſſe nec debere eligere confeſſores virtute bulle cruciate ⁊c. vt habetur late ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.12.

Abſolutio.

3 Leo.10.prohibuit ⁊ declarauit ꝙ nullus fratrū mi. regularis obſeruantie:poſſit accipere bullas cruciate ⁊c.vt ſupra eſt poſitū in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.17.et.18.vide ibi ⁊ nota bene.

Abſolutio.

4 ¶ IDEM leo motu ꝓprio ⁊ ex certa ſciētia precepit vniuerſis ⁊ ſingulis cuiuſcūqꝫ cruciate cōmiſſarijs pro tp̄e exiſtētib⁹:⁊ alijs quibuſuis perſonis:quacūqꝫ etiā archiepiſcopali et epiſcopali dignitate fulgētibus:in virtute ſancte obediētie:ac ep̄is ⁊ ſuperiorib⁹ ſub ꝓhibitione ingreſſus eccl'ie:alijs vero ſub excōicationis late ſentētie:ac priuationis officiorꝫ ſuorꝫ: ⁊ inhabilitatis ad illa ⁊ alia impoſterū obtinēda penis(ipſo facto abſqꝫ vlteriori declaratione)incurrendis:ne de cetero ꝑpetuis futuris tp̄ibus/aliquos frēs ordinis mi. de obſer.extra eorꝫ cōuentus ſeu domos:ſine ſuorꝫ ſuperiorꝫ ⁊ prelatorꝫ expreſſa licētia extrahere:ſeu ad predicādū cruciatā : aut quaſcūqꝫ alias indulgētias/ſeu litteras apoſtolicas deſtinare:aut alterius facultatis pretextu moleſtare: perturbare aut inquietare:ſeu a predictis fratribus aliquid exigere:vel gratias/facultates/aut libertates/ſeu indulgētias ⁊ peccatorū remiſſiones eis:necnō monialibus ſancte Clare:tam prime ꝙ̄ ſecunde regule:ac tertij ordinis beati Franciſci ſororib⁹ ſub obediētia prelatorum dicti ordinis mi.degentibus:ſine illorum licentia concedere aut impartiri. B.fffo.48.conce.144.

Cōtra cōmiſſarios cruciate. Excōicatio. Pro monia. et tertiarijs.

5 ¶ IDEM leo precepit fratribus ⁊ monialibus/ ac ſororibus prefatis : ne gratijs/indulgētijs/libertatibus/immunitatibus que in bullis cruciate/aut alijs cōſimilibus continentur: quouis queſito colore contra obedientiam ordinis predicti : ſine ſpeciali licētia ſuorū prelatorum vllo modo vti(ſub excōmunicationis late ſententie pena) preſumant. B.fffo.48.conce.144.

Prohibitio. Excōicatio.

Collector. ¶ Aduertendum eſt circa predicta: ꝙ cū per bullas cruciate/vel alias ſimiles concedatur oībus chriſti fidelibus cōfeſſionale perpetuū: vt de non reſeruatis pape poſſint toties quoties voluerint abſolui per cōfeſſorē quēcūq ad libitum

Queſtio. eligendum: merito querēdum videtur: vtrum religioſi ſine licētia ſuorum prelatorum poſſint predictas bullas accipere: ⁊ conceſſionibus/ſeu facultatibus

Prima reſponſio. in eis cōtentis vti. ¶ Ad hoc autem prelati religioſorū ⁊ omnes zelum religionis habentes: dicūt ꝙ non: ⁊ rationem aſſignant. Quia neq eſt nec eſſe debet intentio pontificis aliquid concedere vnde ordinis diſciplina collabi contingat: preſertim cum prohibitum ſit per litteras apoſtolicas / et per regulas/ac ſtatuta religionum: ne fratres confiteri poſſint peccata ſua perſonis extra ſuū ordinem: ſine licentia ſuorum prelatorum. Item quia ſi hoc liceret fratribus: quodāmodo eximerentur ab obedientia prelatorum ſuorum confitendo peccata ſua cui vellent. Eximerentur etiam a voto paupertatis: procurando pecunias ad contribuendum pro huiuſmodi bullis ſine licentia: immo contra obedientiam prelatorum: ⁊ contra ſuum votum: in quo pape non licet diſpenſare: prout ad litteram dicit. c. Cum ad monaſterium: de ſtatu regu. Etiam ex hijs daretur occaſio fractionis tertij voti. ſ. caſtitatis: prout experti dicere poſſunt.

Secunda reſponſio. ¶ Attamen alij volunt cōtrariam partem rationibus apparentibus munitā defendere: precipue quia aliquādo in predictis bullis continetur ꝙ illas poſſint accipere religioſi: etiā ſine licentia ſuorum prelatorum.

Ultimata reſponſio. ¶ Ad queſtionem reſpōdetur vltimate: ꝙ etiam ſi hmōi bulle in hoc non eſſent ſubrepticie ſicut ſunt: prout pōtifices poſtea declarant: dicentes nunꝙ talem intentionem habuiſſe: cum non ſolum generaliter: ſed nec alicui in particulari vix talia concederentur: videlꝫ ꝙ aliquis ſpreta regulari diſciplina ⁊ pauptatis voto: quereret pecunias ad cōtribuendum ⁊ accipiēdū predictas bullas abſq particulari neceſſitate / pro qua non eſſet ordini cōceſſa facultas: adhuc non poſſent per ipſas abſolui ſine licentia ſuorum prelatorum: cum non poſſint dicere ꝙ hoc/ibi expreſſe fratribus cōcedatur. Et ꝓpterea prelati ad obuiādum malicijs ⁊ proteruitatibus aliquoꝝ: ſtatim cum talis cruciata/vel ſimiles bulle publicātur: recurrunt ad pōtificem: vt declaret religioſos vti predictis non poſſe ſine licentia prelatoꝝ. Et ita factū fuit tempore Sixti. 4. Innocētij. 8. Alexādri. 6 Julij. 2. Et Leonis. 10. ꝓut in libris ordinis patet. Et adhuc aliqui predictoꝝ pōtificum: dixerūt expreſſe: ꝙ nunꝙ habuerūt intētionem ꝙ fratres ſine licētia prelatorum/accipere poſſent predictas bullas: ⁊ minus ꝙ ipſis vterentur. Quinimmo impoſuerūt cenſuras religioſis maribus ⁊ feminis ne talibus vterentur: ſicut fecit Leo. 10. vbi patet ſupra. §. 5.

Cōfirmatio reſponſionis ſupra ſcripte. ¶ Et in tm̄ eſt hoc verū quo ad fratres mi. ꝙ licet alij religioſi: forte de licētia ſuorum prelatorū poſſint predictas bullas accipere: ⁊ elemoſinā pro ipſis accipiendis procurare: fratres tū mi. cū ſit eis ſtrictiſſime ſub precepto ꝓhibitū: ne pecunias/vel denarios recipiāt/aut ꝓcurent: niſi pro veris ⁊ certis neceſſitatibus: niſi ſibi occurreret aliqua talis neceſſitas: cui ſubleuāde non ſufficerēt priuilegia ordinis: nullo modo valerēt/nec licētia prelatoꝝ ſufficeret: vt poſſent procurare pecuniā ad accipiendā bullā. Et ita declarauit Leo. 10. O. ffo. 60. cōce. 178. dicēs: ꝙ in caſu talis neceſſitatis: de licentia ꝓuincialiū ⁊ cuſtodū: poſſint fratres accipere dictas bullas. Qui quidē prouincialis ⁊ cuſtos debēt examinare predictam neceſſitatem/an ſit talis ꝙ in ipſa poſſit diſpēſari. Nam lꝫ ſolū regula concedat

facultatem querēdi pecuniam pro fratribus induēdis/ ⁊ infirmis curādis ⁊c. ſatis infirmus eſt qui habet anime egritudinem nō poſſibilem aliter curari/ ꝙ per bullā. Non tñ ꝓpterea negatur:quin pōtifex poſſet bene informatus cōce dere alicui religioſo:vt cōfiteretur cui vellet:tñ dico ꝙ per generalem cōceſſio nem/nunꝙ hoc intēdit facere:cum vellit cōſeruare religiones et nō deſtruere. Et ſi dubitas de hoc:dico tibi ꝙ hoc ſufficit vt accipias partē ſecuriorē: prout dicit glo.in capitulo vnico.de ſcrutinio ⁊ ordine faciendo ⁊.c. Juuenis de ſpon ſalibus.Et ideo non cōmittas te periculo:in hijs preſertim que aīam tāgunt.

# Cuſtodes.

Clemens. 4.ſtatuit in mari magno:ꝙ cuſtodes ⁊ guardiani qui ſcd̄m ſtatuta ordinis fratrum mi.aliter ꝙ per electionem inſtituūtur:poſt ipſam inſtitutionem/ſeu ꝓuiſionem de ipſis factā: cura animarū fratrū ſibi ſubditoꝝ ipſius ordinis habeāt:ipſoſqꝫ ligare/ac ſoluere poſſint: iuxta ipſius ordinis inſtituta. B.fo.56.Et ffo.139.conce.309. ¶ Circa prefatam cōceſſionem: vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres:poſt.§.3. 1 Collector.

Nicolaus. 4.ſtatuit ⁊ declarauit: vt cum electio generalis miniſtri fuerit faciēda:cuſtodes vniuſcuiuſqꝫ ꝓuincie:vnū ex ſeip ſis cōſtituāt: ac ei ſuas vices cōmittant:ipſumqꝫad locū in quo electio eadem fuerit celebrāda:tranſmittant. Et ꝙ is qui ſic ab ipſis cuſtodibus conſtitutus extiterit:vnam vocem dūtaxat pro ſe ⁊ eis omnibus habeat ⁊ intelligatur habere:ac pro vna voce tm̄modo ab alijs admittat. Hoc aūt voluit ita obſeruari:etiam ſi cuſtodes alicuius ꝓuincie ſint preſentes in huiōi generali capitulo: vbi electio generalis debeat celebrari.b.fo.31.Et ffo.32.cōce.32. ¶ Aduerte ꝙ huiōi ſtatutum iam vacat ꝓpter ſtatutū Leonis.10.inferius annotatum. 2 Pro electione generalis miniſtri. Collector.

Leo. 10.in bulla vnionis ſtatuit:ꝙ electio miniſtri generalis que ſcd̄m regulam a miniſtris prouincialibus ⁊ cuſtodibus fieri debet:libere ⁊ abſqꝫ vllo ſcrupulo celebretur per prouinciales ⁊ diſcretos fratrū de familia/ ſeu de obſeruātia:quos veros miniſtros eſſe:ac diſcretos ipſorum ſimiliter veros eſſe cuſtodes declarauit.B.fffo.29.cōce.94. 3

# Dare.

Nicolaus. 3.ſtatuit/ſeu cōceſſit in declaratione regule que incipit. Exiit qui ſeminat ⁊c. ꝙ de rebus mobilibus vel parū valētibus:liceat fratribus minorib⁹:pietatis/ſeu deuotionis intuitu:vel pro alia honeſta ⁊ rōnabili cauſa: obtenta ſup hoc prius ſuorū ſuperioꝝ licentia:iuxta qd̄ inter fratres in generali/vel ꝓuincialibus capl'is(tam de ipſis reb⁹ vilibus/ſeu parū valētibus/ ⁊ eaꝝ valore:ꝙ etiā de prefata licētia.ſ.a quib⁹ ⁊ qualiter ſit habēda)extiterit ordinatū:intra ⁊ extra ordinē alijs elargiri. B.fo.5.tra.2.et.ffo.10.tra.2. 1 Paupertas. Pro rebus vilibus.

Leo. 10.ſupradictā cōceſſionē ampliādo ꝯceſſit:ꝙ nō ſolū gn̄alis ⁊ ꝓuinciales/ac cuſtodes ī ſuis capl'is:ſed ēt ipſi/ac coꝝ gn̄ales cōmiſſarij/ extra capl'a:poſſint arbitrari q̄ res debeāt viles ⁊ parui valoris reputari:ad hoc vt res huiōi poſſint dari ītra ⁊ extra ordinē: ⁊ ſuis ſubditis ad dādū ⁊ recipiē dum licētiā cōcedere:ꝓut eis ſm̄ deū videbit expedire. O.fffo.59.cōce.175. 2 Paupertas. Ampliatio cōceſſiōis ſupra ſcripte.

Collector. ¶ Aduertēdū φ in capitulo generali Mecliñēſi facta eſt circa p̄dicta ſequēs determinatio. ¶ Itē φ fratres nullo modo ſm̄ intētionē regule/aut declara-
Statutū ca- tiones ſummoꝝ pontificū: poſſunt dare aliqua q̄tūcūq; vilia alijs/ſiue fratri-
pituli gene. bus/ſiue ſecularibus: nec recipere alia/abſq; licētia ſuoꝝ prelatoꝝ. Habetur hoc. fo. 228. tractatu. 3. Et ffo. 246. in. 2. tractatu.

# Decime.

1 Clemens. 4. conceſſit fratribus mi. vt de hortis et virgultis ſuis: nulli decimam teneantur exhibere. Ac diſtricte inhibuit: ne quis ab eis de premiſſis aliquid exigere vel
Collector. extorquere preſumat. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 334. ¶ Uide infra. §. 6. declarationem Sixti. 4. ⁊ ampliationem eiuſdem.

2 Bonifacius. 8. cōceſſit vniuerſis ⁊ ſingulis abbatiſſis et cōuentibus monialium incluſarū ſancte Clare: vt ad preſta-
Pro monia tionem decimarū de quibuſcūq; poſſeſſionibus ⁊ omnibus alijs bonis que ha
libus ſancte buerint: vel ad cōtribuendū in ꝓcurationibus quorūlibet ordinarioꝝ: ac etiā
Clare. legatoꝝ ⁊ nūtioꝝ ſedis ap̄lice: ⁊ quibuſlibet talijs ⁊ collectis: ⁊ ad exhibēdū pedagia: telonea ⁊ alias exactiones: quibuſuis regibus ⁊ principib⁹/ſeu alijs perſonis/minime teneātur: nec ad id cōpelli aliqualiter valeant. B. fo. 38. Et
Collector. ffo. 122. conce. 267. ¶ De hoc vide amplius infra. §. 8. et. 9.

3 Eugenius. 4. dedit pleniſſimam exemptionem monialibus. s. Cla-
5 Gregorius.11.fecit cōſimilē cōceſſionē familiaribus fratrū ordinis predicatoꝝ: p eadē verba ſicut Clemēs.4.fecerat fami-
Ex priuileg. fratrū predi. liaribus fratrū mi.vt ſupra poſitū eſt.§.3.et.4.B:ffo.236.conce.546.

6 Sixtus.4.cōceſſit ꝙ illi qui ſunt in ſeruitio fratrum mi. ⁊ ſororum ſancte Clare:habeant indulgentiam plenariam in morte: ac ſe-
Indulgētia. mel in vita de reſeruatis.O.fo.62.Et ffo.66.conce.96.

7 ¶ Julius.2.cōceſſit fratrib⁹ ordinis minimorū: ꝙ famuli domoꝝ ſui ordinis:
Ex priui.fra. necnō ceteri eiuſdē ordinis habitū portātes; ⁊ in articulo mortis in dictis do-

mibus ſepulturā eligētes:oībus ⁊ ſingulis priuilegijs ordinis minimoꝝ hmōi minimorū.
quomodolibet cōceſſis/gaudere/libere/⁊ licite valeant.B.ffo.8.conce.22. Sepultura.
Leo.10.in cōcilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ fratres famulis eorū obſequio 8
inſiſtentibus:ſacramēta eccleſiaſtica nullatenus miniſtrare valeāt: Prohibitio
niſi illorum durante obſequio.B.fffo.26.conce.74. Sacramēta.
¶IDEM leo vbi ſupra ſtatuit:ꝙ ꝓcuratores/⁊ negocioꝝ geſtores/ac ope- 9
rarij fratrum ſeruitijs inſiſtētes/ſententijs excōmunicationis promulgatis il- Excōicatio.
laqueati ſint ⁊ eſſe cenſeantur: ſi illis cauſam dederint/aut dantibus conſi-
lium/auxilium/vel fauorem preſtiterint.B.fffo.26.conce.85.
¶Aduerte ꝙ nōnulla alia cōceſſa ſunt in fauorē familiariū fratrū pro tpe in- Collector.
terdicti. Et qꝛ hec poſita ſunt ſupra in dictione Interdictum.3.in omnibus.5.
ideo ſuperfluum foret hic illa repetere.

# Feſtiuitas.

GRegorius.9.ꝑcepit vniuerſis eccl'iaꝝ ꝑlatis: vt excitēt 1 De ſctō Frā-
deuotionē fideliū ad venerationē ſcti Frāciſci ciſco.
ac ꝙ ſolēnitatē eiꝰ.4.nonas Octobris / annis ſingulis ſolēniter
celebrēt:⁊ celebrādā denūcient.b.fo.19.Et ffo.22.cōce.2.
¶IDEM gregorius ſimiliter precepit eccleſiarū ꝑlatis : qua- 2
tenus deuotionē fidelium ad venerationē ſancti Antonij de Padua excitan- De ſctō An-
tes:feſtiuitatem ipſius idibus Iunij/annis ſingulis celebrent:⁊ faciant ſolē- tonio.
niter celebrari.B.fo.117.Et ffo.200.conce.491.

MArtinus.5.ſtatuit: ꝙ de oībꝰ feſtis triū lectionū:feſta nouē lectio- 3
nū fiāt.Et ꝙ vtrūqȝ feſtū.s.Crucis:ſub duplici officio ce- Officium di-
lebrēt.Ac ꝙ rubrica ꝺ feſtis occurrētibꝰ īfra octa.nō intelligant ꝺ ꝓcedētibꝰ/ uinum.
ſeu reſiduis:ſȝ ſolū de exiſtētibꝰ/ſeu occurrētibus īfra octa.b.ffo.36.cōce.41. Octaua.

EUgenius.4.dixit:ꝙ ſeculares laborātes in feſtis ſancte Crucis/⁊ 4
ſancti Michaelis ſemptembris / ac ſanctorum Inno- Pro ſecl'ari-
centium/⁊ ſancti Silueſtri:ſe nolle ꝙ peccent mortaliter:niſi venerint in do- bus labora-
minica.o.fo.61.Et ffo.64.conce.83.Et fffo.101.conce.396. toribus.
¶IDEM eugenius diſpenſauit cū barbitonſoribus:vbi eſt conſuetudo in 5
ſabbatis ⁊ vigilijs de ſero radere barbas.o.fffo.101.conce.400.

SAcroſancta ſinodus gñalis Baſilieñſis renouauit inſtitutionē de 6
de celebrāda feſtiuitate ſctē ꝯceptiōis ꝟginis Ma- De cōceptio-
rie:ꝙ tā ꝑ romanā/ꝙ ꝑ alias eccl'ias:ſexto idus decēbris ſtatuit ⁊ ordinauit in ne virginis.
omnibꝰ eccl'ijs/⁊ monaſterijs/⁊ cōuētibꝰ xp̄iane religionis:ſub noīe cōceptio
nis:feſtiuis laudibus colendam eſſe.b.fo.42.Et ffo.40.conce.45.

SIxtus.4.cōceſſit ꝙ fiat feſtū ſācti Bonauēture dñica ſcđa Iulij:niſi 7
fuerit primo ponenda.o.fo.64.Et ffo.68.conce.134. De.s. bona.
¶IDEM ſixtus cōceſſit vniuerſis ⁊ ſingulis xp̄i fidelibꝰ vere penitētibus 8
et cōfeſſis:qui glorioſi cōfeſſoris ſancti Frāciſci feſtiuitatē (quā perpetuis fu-
turis tp̄ibus celebrē eſſe: et vt feſtū duplex a cunctis chriſtianis celebrari : ab De ſctō Frā-
omniqȝ opere ſeruili abſtineri : et ſub obſeruantia et precepto cōprehendi vo- ciſco.
luit) celebrātibus annuatim: decem annos ⁊ totidem quadragenas de iniun- Indulgētia.
ctis eis penitentijs relaxauit.B.fo46.Et ffo.130.conce.291.
¶Aduertēdū eſt circa ꝑdicta ꝙ in libro intitulato firmamēta triū ordinū bea Collector.
ti Frāciſci in gallis impreſſo:cōtinetur hec eadē bulla/ſeu breue: attū vbi hic

dicitur decem annos ⁊c.dicitur illic.Quinquaginta annos ⁊c.Et ſimiliter reperi ſcriptum in quadam tabula antiqua priuilegiorum ordinis.Quid autem iſtorum ſit verius:non potui determinate ſcire.

9 De quinq̧ martyrib⁹.

¶IDEM ſixtus cōceſſit: ꝙ fratres mi. poſſint vbiq̧ ſolēniter ⁊ publice feſtum quinq̧ martyrum ſui ordinis (qui apud marrochiū paſſi ſunt.ſ.Berardi/Petri/Adiuti/Accurſij/et Ottonis in officio duplici maiori: die.16.Januarij)celebrare:qua die ab hoc ſeculo per martyrium receſſerunt.B.ffo.131 conceſſione.294.

10 De ſctiſ oib⁹ ordinis mi.

¶IDEM ſixtus conceſſit: ꝙ poſſimus dicere Credo in feſtiuitatibus/ ſeu ſolēnitatibus ſanctorum noſtri ordinis ⁊ ſancte Clare.o.fo.63.Et ffo.67.conceſſione.118.

11 De.s.Lodo.

¶IDEM ſixtus cōceſſit: ꝙ fratres mi.poſſint dicere officiū propriū ſancti Lodouici epiſcopi et confeſſoris ſui ordinis.o.fo.63.Et ffo.67.conce.119.

12 De officijs ꝓprijs quarūdā feſtiuitatum.

Alexander.7.cōceſſit oībus ⁊ ſingulis fratribus minorib⁹ de obſ. vt in feſto p̄ſentationis virginis Marie:ac ſancti Gabrielis archāgeli:⁊ ſancte Catherine virginis et martyris ꝓpria officia dictarum feſtiuitatum libere ⁊ licite recitare / ac dicere poſſint et valeāt. Quodq̧ feſtum predicte virginis et martyris Catherine ſub minori duplici celebrare poſſint. Et ꝙ pro introitu miſſe eiuſdem dicatur officiū Gaudeamus omnes ⁊c.o.fo.66.Et ffo.70.cōce.165.

13 ¶IDEM alexāder cōceſſit:ꝙ fiat feſtum ſancti Gabrielis in vigilia ſancti Joſeph.o.fo.66.Et ffo.70.cōce.166.

14 De hiſtorijs ꝓprijs ſctōꝝ.

¶IDEM alexāder cōceſſit fratribus mi. de obſer. vt in ſolēnitatibus ſanctorum/proprias eoꝝ hiſtorias(⁊ ſi in breuiario non ſint)dicere ⁊ recitare valeant.Et ꝙ feſtum omniū ſanctorum dicti ordinis:ſub vna celebritate poſſint dicti fratres dicere/ac recitare.o.ffo.261.cōce.679.

15 Cōicatio priuilegiorum.

Julius.2.cōceſſit ꝙ omnia que ſunt cōceſſa in feſtiuitatibus ſanctorū ordinis predicatoꝝ: oīa illa in feſtiuiſtatibus ſanctoꝝ ordinis mi.(ꝙuis ſint in maiori numero/ꝙ̄ feſta predicatorum)cōceſſa ſint ⁊ eſſe intelligantur.B.ffo.228.conce.533.Et fffo.74.conce.222.

16 De ſeptē fratrib⁹ mino. martyribus.

Leo.10.cōceſſit fratrib⁹ mino.⁊ monialibus ſancte Clare: vt in eccleſijs monaſteriorum ſuorū dūtaxat : poſſint libere ⁊ licite celebrare:publice/ac ſolēniter officium de beatis martyribus Daniele/ Agnelo/ Samuele/Romulo/Leone/Nicolao / et Hugolino fratribus dicti ordinis mino.(qui pro chriſti nomine mortem ſubire libenter: ⁊ martyrij palmā in ſarracenorum partibus conſequi meruerunt) in officio duplici maiori : in die determinanda a generali capitulo.Ac etiam in letanijs ⁊ alijs diuinis officijs: prout de alijs ſanctiſ per ſedē apoſtolicā canonizatis memoriā facere.Et ꝙ ſimiliter propriā legēdam eorum in choro cātare poſſint.B.fffo.19.cōce.60.

17 Pro monialib⁹.s.clare.

¶IDEM leo conceſſit monialibus ſancte Clare ſub cura ⁊ regimine fratrum obſer.exiſtētibus:ꝙ feſta beate Agnetis: ⁊ vndecim millium virginum: perpetuis futuris tēporibus:ſub ritu duplicis maioris celebrare:libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeant.B.fffo.42.cōce.134.

18 Pro ſanctis voca.lo.fra.

¶IDEM leo cōceſſit: ꝙ fratres mino.obſeruātie poſſint celebrare feſta in quorum honore eccleſie locorum ſuorum ſunt dedicate:ſub ritu duplicis maioris:etiam ſi ſcōm ordinariū eſſent de ſe ſimplicia.o.fffo.93.cōce.284.

# Franciſcus pater noſter ſeraphicus.

GRegorius. 9.aſcripſit beatũ Frãciſcum cathalogo ſan 1
ctorum maxima cum ſolẽnitate / ac precepit
omnibus eccleſiarum prelatis : vt quarto nonas octobris cele⸗
brent ⁊ celebrandam denuncient populis eiuſdem ſancti feſtiui Feſtiuitas.
tatem.b.fo.19.Et ffo.22.conce.2.

¶IDEM gregorius dedit multas bullas/ ſeu breuia in fauorẽ ſtigmatum 2
beatiſſimi patris noſtri Frãciſci:que reperient̃ infra in dictione Stigmata. Stigmata.

Sixtus. 4.cõceſſit indulgẽtias celebrãtibꝰ feſtũ beati Frãciſci:ac vo⸗ 3
luit ꝙ ſub ritu duplici celebret̃ ab oĩbus.Et mãdauit hmõi fe Indulgẽtia.
ſtũ ſub ꝓcepti vinculo obſ̃uari:vt ſup̃ ĩ dictiõe Feſtiuitas.§.8.latiꝰ poſitũ eſt.

¶IDEM conceſſit vt poſſit dici Credo:in octaua feſtiuitatis ſancti Fran⸗ 4
ciſci.o.fo.64.Et ffo.68.conce.133. ¶Vide ſupra in dictione Credo declara⸗ Credo.
rationem huius cõceſſionis.

¶IDEM ſixtus cõceſſit ꝙ in die ſancti Frãciſci : ⁊ ſtigmatũ eiuſdẽ poſſint 5
fratres mino.dicere ꝓpriam prefationẽ in miſſa.o.fo.63.Et ffo.67.cõce.110. Prefatio.

¶IDEM ſixtus cõceſſit ꝙ in omnibus miſſis votiuis ſancti Franciſci : di⸗ 6
catur propria prefatio.o.fffo.102.conce.412. Prefatio.

¶IDEM ſixtꝰ cõceſſit aliqua in fauorẽ habitꝰ triũ ordinũ.s.Frãciſci:ꝑut 7
inuenit̃ infra in dictiõe Habitꝰ.Et ĩ dictiõe Indul.ple.quo ad fratres.§. Habitꝰ ordi.

¶Multi alij ſummi põtifices conceſſerunt magnas remiſſiones peccatorũ: Collector.
moriẽtibus ⁊ ſepeliri ſe mãdantibus in habitu ſancti Franciſci:que etiã repe⸗ Habitus.
rientur infra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares.6.

¶Quãplures etiam ſummi pontifices conceſſerunt multas ⁊ varias indul⸗ Indulgẽtia.
gentias ⁊ peccatorum remiſſiones viſitantibus eccleſias ſancti patris Fran⸗
ciſci:ac etiam in illis ſepeliri ſe mandantibus / aut in earum clauſtris et cemi⸗
terijs:necnon porrigẽtibus manus adiutrices pro illarum edificatione/aut re
paratione : et ſimiliter exhibẽtibus opera pietatis ⁊ charitatis fratribus mi⸗
no.filijſq̃ prefati ſanctiſſimi patris.Que omnia diſtincte reperient̃ infra in di
ctione Indulgentie quo ad ſeculares.1.et.2.et.3.et.4.

¶Inſuper nonulla pertinentia ad Stigmata predicti ſeraphici patris : po⸗ Stigmata.
nuntur infra in dictione Stigmata.vide ibi.

## Generalis miniſter.

CLemens. 4.ſtatuit:ꝙ generalis miniſter ſtatim poſtq̃ ele 1
ctus(ſcd̃m regulam et conſtitutiones ordinis) Electio.
fuerit:eo ipſo verus eiuſdem ordinis generalis miniſter effectus:
curã animarũ fratrũ ipſius ordinis plenã habeat ⁊ libere gerat.
Ac ꝙ fratres predictos auctoritate ap̃lica ligare/ac ſoluere:nec⸗
non in eodẽ ordine agere valeat : q̄ ipſe miniſter ⁊ diffinitores capl̃i generalis:
iuxta cõſtitutiones ꝑdictas:ordini ⁊ fratribꝰ ſ̃m deũ viderint expedire. Ipſiq̃
fratres hmõi gn̄ali miniſtro:deuote ac humiliter obediant.Et ſimiliter voluit
ꝙ gn̄alis miniſter a ꝓuincialibꝰ miniſtris ⁊ cuſtodibꝰ ſ̃m regulã ⁊ cõſtitutio⸗
nes ipſius ordinis:abſolui ⁊ amoueri poſſit.B.fo.56.et ffo.139 conce.307.

¶IDEM clemẽs fecit aliã ꝯceſſionẽ circa electionẽ gn̄alis miniſtri:q̄ poſita 2

Electio. eſt ſupra in dictiõe Electio.§.3.vide etiã ibidẽ alias duas Nicolai.4.§.5.et.6.

3 Conciliũ cõſtancieſe ſtatuit:ꝙ gñalis fratrũ mi. poſſit ⁊ debeat couẽ tus ſibi ſubditoſ/ad ſtatũ ſtricte obſeruãtie conſonũ:iuxta declarationes ⁊ ſtatuta ſedis aplice ⁊ ordinis reducere: tollẽdo quaſcũq; ſup/

Reformatio fluitates:ſiue ſint in reb⁹ mobilib⁹/ vel immobilib⁹ : quãtũ fieri poterit bono modo:habito ſemp cõſilio maiorum ⁊ diſcretoꝝ ſibi obedientiũ. Ac eligendo

Uendere. (ſi opus fuerit) aliquas perſonas que ipſas ſuperfluitates : auctoritate dicti concilij vendant/cõmutent/aut al's in operibus conuentuum conuertant.B. fo.26.Et ffo.110.conce.236.

4 Urbanus.5.cõceſſit gñali miniſtro:poſſe dare de toto ordine ſuffra

Indulgẽtie. gia indulgentiaꝝ/⁊ orationũ/ac beneficioꝝ ſpiritualiũ: quibuſcũq; perſõnis deuotiſ ⁊ bñfactorib⁹ ordinis noſtri.b.ffo.261.cõce.671.

5 Eugenius.4.conceſſit:vt generalis poſſit tollere ſuperflua a con/ uentibus ſibi ſubiectiſ:ac in alijs conuentibus repone/ re/aut cõmutare.o.ffo.261.conce.676.

6 ¶ IDEM eugenius diſtricte precipiẽdo mãdauit ꝓuincialibus ⁊ alijs fra/ tribus ordinis mi.regularis obſeruãtie : quatenus gñalib⁹ dicti ordinis ꝑ tpe

Appellatio. exiſtẽtib⁹:appellatione/⁊ cõtradictiõe quibuſlibet remotis: in oĩbus ⁊ ſingu lis licitis/⁊ honeſtis/regulã ⁊ ſtatutũ/ac ordinẽ ipſoꝝ obſ. necnõ officiũ eorũ/ dẽ generaliũ quomodolibet cõcernentibus : que dicti gñales protpe duxerint

Statuta. ordinãda/ſeu illis iniũxerint/aut mãdauerint:humiliter pareant ⁊ intẽdant: ac illa efficaciter ſtudeant adimplere.b.fo.47.

7 Nicolaus.5.cõceſſit generali miniſtro predicto:ꝙ oẽs ſinguloſq; fra

Exẽpti ffes. tres ſui ordinis:ꝗtũcũq; exẽptos virtute litterarum apo/ ſtolicarum:preter regule ⁊ ſtatutoꝝ eiuſdẽ ordinis formã:poſſit viſitare/corri/ gere/⁊ punire. Non obſtãtibus quibuſcũq; in contrarium facientibus: prout

Correctio. latius poſitum eſt ſupra in dictione Correctio fratrum.§.9.

8 Pius.2.conceſſit ꝙ generalis ordinis mi. poſſit dare auctoritatem cele

Celebrare. brãdi per vnam horam ante auroram:eis quibus ſibi videbitur apoſtolica auctoritate.o.fffo.97.conce.346.

9 Sixtus.4.cõceſſit facultatẽ gñali fratrũ mi.vt qñcũq; viderit fratreſ

De ſuſpẽſiõe priuilegiorũ particulariũ ſuos/vel aliquẽ ipſoꝝ abuti gratijs ⁊ facultatib⁹ aplicis ab eodẽ cõceſſis:poſſit gratias ⁊ facultates hmõi ſuſpẽdere/ac ſuſpenſas tenere: donec cõſu lat ſummũ põtificem:et ab ipſo reſpõſum accipiat.b.fo.56. Et ffo.

Collector. 52.cõce.58.¶ Uide circa hoc aliam cõceſſionem Leonis infra.§.vltimo.

10 ¶ IDEM ſixtus conceſſit ꝙ gñalis fratrũ Carmelitaꝝ adminiſtret et exer/ ceat ea q̃ ad ſuũ officiũ gñalatus ꝑtinẽt : reiecta quauis ꝓfeſſoꝝ ſui ordinis:⁊

Appellatio. alioꝝ ſibi rõne dicti officij ſubditoꝝ appellatione:q̃ ab ei⁹ preceptis/monitio/ nibus/ordinationibus/⁊ mãdatis/ac decretis/regulari diſciplina:quomodo libet interponi cõtigerit.B.fo.99.Et ffo.182.conce.446.

11 ¶ IDEM ſixtus fecit cõſimilem conceſſionem ſicut immediate ſupraпоſitã

Appellatio. generali fratrum Auguſtinẽſium in ſuo mari magno.B.ffo.251.cõce.636.

12 Innocentius.8.conceſſit ꝙ miniſter generalis poſſit benedicere

Benedicere. corporalia:⁊ ſimiliter prouinciales miniſtri.o. fffo. 98.conce.354.

13 ¶ IDEM innocentius cõceſſit:ꝙ generales et ꝓuinciales miniſtri poſſint

diſpenſare cum fratribus ſuis: vt ad ſacerdotium promoueantur in vigeſimo ſcdo anno completo: hoc eſt cum attingentibus vigeſimum tertium annum.o.ffo.99.conce.356. Diſpenſatio.

¶ Circa hāc cōceſſionē vide ſupra in dictione Diſpenſatio.§.15.et ibi notata. Collector.

Alexander.6.cōceſſit generalis ꝙ poſſit diſpenſare cū bizochis viuentib⁹ in cōmunitate/ſeu in cōgregatione: qui fecerūt votum religionis ſancte Clare: ꝙ remaneāt ibi: ſi cōmode non poſſunt ingredi monaſteria.s.Clare.o.ffo.99.conce.360. 14 Diſpēſatio.

¶ Quo ad factā cōceſſionem: vide ſupra in dictione Diſpenſatio.§.19. Collector.

Iulius.2.conceſſit generali fratrum Auguſtinēſium/ꝛ fratribus ſui ordinis: motu ꝓprio ac ex certa ſciētia/ꝛ de plenitudine ſue poteſtatis: vt queçūꝗ inſtrumenta/exemplaria/ſeu trāſumpta ſuorum priuilegiorum oſtendantur firmata/ſeu ſignata ſigillo generalis predicti: eandem omnino vim habeāt: ac illis eadem fides adhibeatur: ac ſi plumbi ſignum/vel ſigillum haberent.b.ffo.267.conce.698. 15 Pro Auguſtinenſibus. Priuilegia.

Leo.10.confirmauit ac de nouo conceſſit immediate precedentem conceſſionem Iulij ſecūdi.b.ffo.123.conce.559. 16

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ gñalis miniſter poſſit etiam extra capitulū declarare que res debeant dici viles/aut parui valoris: ad hoc vt intra ꝛ extra ordinem poſſint a fratribus dari: prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Dare §.2.Et habetur.O.ffo.59.conce.175. 17 Declarare. Paupertas.

¶ IDEM leo in bulla vnionis ſtatuit: ꝙ ex tūc in perpetuū eligatꝰ miniſter generalis totius ordinis mi.a miniſtris ꝛ cuſtodib⁹ reformatis/ſeu obſeruātibus eiuſdē ordinis: qui ſiľr ſit reformatus ꝛ pro reformato habitus a cōmunitate fratrū reformatoꝝ.Et ꝙ hmōi gñalis habeat plenariā auctoritatē ſup oēs fratres mi.put ex regula ei cōpetit.Ac ꝙ miniſteriatus officiū duret tm̄ ꝑ ſexennium: niſi antea vniuerſitati miniſtroꝝ ꝓuincialium/ꝛ cuſtodum viſum fuerit debere deponi.Et ꝙ dicto ſexēnio elapſo: ſit abſolutus ab officio: decernes irritum ꝛ inane quicquid in cōtrarium factum fuerit: ſicut magis late habetur ſupra in dictione Electio.§.9.et.10.B.ffo.29.cōce.93.et.94. 18 Electio.

¶ IDEM leo ſtatuit: ꝙ miniſter generalis eligatur ſemel/ſeu vno ſexenio ex fratribus ciſmōtanis/ꝛ alio ſexenio ex vltramōtanis ꝛc. prout habetur vbi ſupra in dictione Electio.§.10.B.ffo.29.conce.95. 19 Electio.

¶ IDEM leo ordinauit: ꝙ primus miniſter generalis ex obſeruātibus electus Rome tēpore eiuſdem Leonis: non obſtāte illius aſſumptione ad cardinalatum: haberet officiū generalatus vſꝗ ad primum ſequēs capľm generale in feſto penthecoſtes anno ſequēti celebrandum.B.ffo.34.conce.117. 20 De gñali facto cardinali

¶ IDEM leo annullauit electionem generalis magiſtri fratrum mi.cōuentualium factam ſub nomine miniſtri generalis.B.ffo.33.conce.116. 21 Electio.

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ generalis miniſter poſſit viſitare et corrigere moniales/ſeu ſorores quaſcūꝗ: que per prouinciales/vel viſitatores ſolite ſunt viſitari: precipiens monialibus et ſororibus hmōi in virtute ſancte obedientie/ac ſub excōmunicationis late ſentētie pena: quatenus prefato generali pro tpe exiſtēti humiliter obediāt: ꝛ ipſum ad viſitationis officiū admittāt: ſeꝗ et earū domos/ac monaſteria ꝛ loca viſitari in capite ꝛ in membris: ꝛ corrigi/ac puniri libere permittant.B.ffo.34.conce.118. 22 De viſitatione monialiū Excōicatio.

23 ¶IDEM leo conceſſit generali fratrum mi. vt in ſuo capitulo generali de
coſenſu eiuſdem capituli/vel maioris partis declarare poſſit ⁊ valeat: vtrum
Oracula. ab vſu alicuius cóceſſionis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtq̄
quidem declarationem: tam fratres/q̄ moniales ſue obedientie: ac ſi coceſſio
huiuſmodi per ſanctitatem ſuam ſuſpēſa/vel reuocata fuiſſet: conceſſione ea=
dem imposterum non vtantur.o.fffo.94.conce.296.

# Gloria in excelſis deo.

1 Alexander. 4.conceſſit fratribus vniuerſis ordinis mi. ꝙ in miſſis votiuis tam ſolēnibus q̄ priua=
tis: quas de ſpiritusancto/aut de beata ꝟgine Maria dixerint:
poſſint dicere hymnū angelicū.ſ.Gloria in excelſis deo. Ac ꝙ ſilr
poſſint dicere proſas/ſeu ſequētias.b.fo.23.Et ffo.25.conce.14.

2 Sixtus. 4.conceſſit fratribus mino.de obſeruantia: vt poſſint dicere
in omnibus miſſis votiuis Gloria in excelſis deo.o.ffo.69.
conce.143.Et fffo.100.conce.389.

Collector. ¶Aduertēdum eſt ꝙ licet ſupra dicat: in oībus: non ꝑ hoc eſt intelligēdū poſ=
ſe in illis miſſis: que in ſuis proprijs diebus carēt illa: vt in miſſis dominicarū
aduentus/et ſeptuageſime/et cōſimilium.

3 Leo. 10.ad inſtātiam cuiuſdā boni patris: qui ignorabat ſupraſcriptas
conceſſiones generales: conceſſit fratres predictos poſſe dicere
Gloria in excelſis deo in miſſis votiuis: quando vocantur ad loca vbi requie=
ſcunt corpora ſanctorum ad celebrādum: vel vbi habetur de illis celebris me=
moria: ſicut Janue/de ſancto Joanne baptiſta: et in prouincia.s.lodouici/
ſancte marie Magdalene.o.fffo.92.conce.266.

Collector. ¶Aduertat qui hec legerit: ꝙ hec vltima ꝯceſſio ſtricta nō derogat in aliquo
precedentibus magis amplis: quia pontifex conceſſit conformiter ad relatio=
nem petentis: qui vt ſupra dictum eſt ignorabat conceſſiones latiores ante fa=
ctas: aliter enim non eſt credibile ꝙ ſic petiſſet.

# Guardianus.

1 Absolutio. Clemens. 4.cōceſſit ſiue ſtatuit: vt guardiani qui ſcđm ſta
tuta ordinis fratrum mi. aliter q̄ per electionē
inſtituunt: poſt ipſam inſtitutionē/ſeu ꝓuiſionē de ipſis factā:
curā aīaꝝ fratrū ſibi ſubditoꝝ habeāt: ipſoſq̄ ligare/ac ſoluere
poſſint: iuxta ipſiꝰ ordinis iſtituta.B.fo.56.Et ffo.139.ꝯce.309

2 Sixtus. 4.fecit cōſimilē cōceſſionē priorbꝰ cōuētualibꝰ fratrū ordinis
Carmeli.vt habet in ſuo mari magno.B.ffo.182.cōce.446.

3 ¶IDEM ſixtus ſtatuit ꝙ habitus fratrum mino. non poſſit dari his qui
Habitus fra trum. cum eo ſe elegerint ſepeliri: niſi per guardianos dicti ordinis/vel eorum ſupe=
riores.B.ffo.149.conce.364. ¶Iſta cōceſſio habetur latius infra in dictio=
ne Habitus fratrum.§.8.Uide ibi.

4 Priuilegia. Julius. 2.conceſſit ꝙ omnia priuilegia et indulta apoſtolica conceſſa
ordini fratrum predicatorum que ſpectant ad priores conuē=
tuales dicti ordinis: pertineant etiam ad guardianos conuentuum ordinis mi
norum.B.fffo.73.conce.222.

¶ Quo ad prefatā conceſſionē eſt notandū: ꝙ auctoritas prioꝝ cōuentuū ordinis predicatoꝝ eſt valde magna: nā vt patet in mari magno ꝑdicti ordinis/ et alijs coꝝ priuilegijs: ſemꝑ parificantur priores cōuentuum prioribus prouincialib⁹, quo ad ſuos ſubditos: quod nūꝙ aut raro reperitur in priuilegijs fratrū mi. in guardianis ⁊ prouincialibus. Attamen virtute ſupraſcripte conceſſionis poterūt guardiani vti oībus cōceſſis priorib⁹ fratrū predicatoꝝ: ſaltē inquantū nō fuerit eis reſtrictū per ſuperiores. Et circa huiuſmodi auctoritatem: vide ſupra in dictiōe Abſolutio ordinaria quo ad fratres: poſt. §. 6. Et in eadem dictione prope finē vbi dicitur. Tertiū dubiū eſt. Vide etiā ſupra in dictione Apoſtate poſt. §. 7. et. 8. et. 10. Et in dictione Nouitius. §. 15. Collector.

Leo. 10. conceſſit: ꝙ omnes fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi: poſſint in omnibus dubijs conſcientiam ſuam tangentibus: ſecura conſcientia ſtare determinationi ſui guardiani: vel cuiuſcunqꝫ alterius prelati. o. ſſſo. 93. conce. 287. 5 Declare. Scrupula.

¶ Circa ſupraſcriptam conceſſionē eſt aduertendū ꝙ in ipſa non conceditur aliqua auctoritas noua prelatis vt valeant determinare ad libitū ſuū: ſed ſolum prouidetur ſerenitati conſcientiarum ſubditorum. Collector.

¶ De duratiōe autē officij guardiani: vide īfra ī dictiōe Officia ordinis. §. 4.

# Gradus ſcolaſtici.

Martinus. 5. precepit in virtute ſancte obedientie vniuerſis cācellarijs/ rectoribus/ decanis/ magiſtris ⁊ doctoribus ſtudioꝝ: ac vniuerſitatib⁹ eorūdem vbicunqꝫ conſiſtētib⁹: ne fratribus mi. ſeu alicui coꝝ gradum ⁊ honorem: ac inſignia magiſterij conferre preſumant: niſi curſum per cōſtitutiones ap̄licas: ⁊ ordinis prefati inſtituta perfecerint: et alias ad dictū gradū obtinendū idonei exiſtant. Et decreuit ac ſtatuit ꝙ quilibet ex magiſtris/ aut doctoribus qui alias (ꝙ̄ vt predictū eſt) gradum ⁊ inſignia alicui fratrum predictorum impēdere preſumpſerit: gradu ⁊ honore magiſterij careat: atqꝫ a lecturis ⁊ alijs actibus ⁊ gratijs magiſtralib⁹: ipſo facto ſit perpetuo priuatus et ad eadem de cetero inhabilis exiſtat. Voluit inſuper ꝙ eiſdem penis ſubiectus ſit: quicunqꝫ qui preter rigorem huiuſmodi: gradum ⁊ inſignia predicta ſuſcipere preſumpſerit. b. ſſo. 35. conce. 40. 1 Prohibitio. De aſceſu ad gradū magiſterij.

¶ IDEM Martinus ordinauit ꝙ ſi aliqui ex fratribus predictis bachalariatum pro huiuſmodi gradu magiſterij aſſequendo: cōtra cōſtitutiones apoſtolicas ⁊ inſtituta predicta fuerint adepti: ⁊ illius pretextu libros ſententiarum publice ⁊ actualiter legant: a lectura huiuſmodi (ſub penis ſupradictis) penitus ⁊ omnino ceſſent: alias ab eorum ſuperioribus penis grauioribus/ per cenſuram eccleſiaſticam arceantur. b. ſſo. 35. conce. 40. 2 De gradu bachalariatus.

¶ IDEM Martinus ſtatuit ⁊ decreuit: ꝙ quicūqꝫ fratres ordinis mi. promoti fuerint ad magiſterij gradū in theologia extra vniuerſitates (ab ipſo ordine per generalia capl'a) ad hoc ſpecialiter electas: ⁊ abſqꝫ eo ꝙ ante perfecerint debitos curſus ſuos: ac ſentētias legerint in vniuerſitatibus approbatis: ⁊ actus legitimos ⁊ cetera exercitia ſcolaſtica fecerint: prout legere ⁊ facere tenentur de cōſuetudine/ vel de iure in hmōi rite magiſtrādi ſcientia: minime de cetero gaudere poſſint beneficijs/ officijs/ honoribus/ gratijs/ priuile= 3 De gradu magiſterij.

gijs/exceptionibꝰ ⁊ indulgētijs/tā in dicto ordine ꝙ extra: magiſterio in theologia (apoſtolica vel alia quauis auctoritate) cōceſſis: ⁊ quibus magiſtri huiuſmodi vti/⁊ gaudere cōſueuerunt. Et inſuper ſtatuit ꝙ predicti promoti nō ſeruatis modis debitis: nō habeātur/nec reputētur pro magiſtris in theologia nec ſe pro talibus gerere ⁊ nominare preſumāt. Ac etiā mandauit gñali ⁊ prouincialibꝰ miniſtris/cuſtodibus/⁊ guardianis/⁊ eorū vices gerētibus: ac generalibus ⁊ prouincialibus capitulis: ⁊ officialibus quibuſcūq; predicti ordinis ſub pena excōmunicationis: quatenus has litteras (quātum vnumquēq; concernunt) obſeruent ⁊ faciant inuiolabiliter obſeruari: non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus. b. ffo. 39. conce. 43.

Excōicatio.

4 **Eugenius.** 4. predictas litteras Martini. 5. quo ad ꝓmotos poſt ipſarū litterarū datā: voluit inuiolabiliter obſeruari: et eas auctoritate apoſtolica confirmauit inſerendo illas de verbo ad verbum in ſuis litteris. b. ffo. 39. conce. 43.

5 Pro fratribus ꝑdicato. Particulari' pro hiſpania.

**Innocentius.** 8. ſtatuit ꝙ nullus frater ordinis predicatorū reformatorū/ ſeu de obſeruātia prouincie/aut cōgregationis hiſpanie: magiſterij/vel aliū quemcūq; gradū in ſacra theologia (niſi ad illū per capl'm dicte cōgregationis expoſitus fuerit) aſſumere quoquomō preſumat. Et ꝙ ſi qui aliter ꝓmoti fuerint: pro nō promotis habeātur: ⁊ ad huiuſmodi gradus inhabiles ſint ⁊ eſſe cenſeantur. b. ffo. 75. conce. 194.

6 Pro fratribus ꝑdicato. Particularis ꝑ hiſpa.

¶IDEM Innocentiꝰ cōceſſit fratribus ordinis predicatorū: vt qꝛ propter magnas expenſas que in ſuſcipiendis gradibus in vniuerſitate Salmantina fiunt: fratres predicte cōgregationis: gradus huiuſmodi/ ibidem ſuſcipere cōmode non poſſunt: ꝙ regens/⁊ in eius abſentia prior domus ſancti Stephani Salmantine dicte congregationis: poſſint conferre quoſcunq; gradus fratribus eiuſdem congregationis/per eandem congregationem expoſitis ⁊ admiſſis per capitulum/vel magiſtrum generalem dicti ordinis: dūmodo ſic graduandi peregerint curſus ſuos. b. ffo. 75. conce. 194.

# Habitus fratrum et monialium.

1 Apoſtate.

**Gregorius.** 9. prohibuit ne ſub habitu fratrū mi. liceat alicui extra obediētiā euagari. Et ꝙ ſi q̄ forte preſumpſerint: liceat generali/⁊ prouincialibꝰ miniſtris/⁊ cuſtodibus: in fratres ipſos: donec reſipuerint: cenſuram eccleſiaſticam exercere. B. ffo. 201. conce. 494.

2 De habitu ſ. clare.

¶IDEM Gregorius precepit eccleſiarū prelatis: quatenus mulieres deferentes habitū ſancte Clare: ⁊ cum illo per ciuitates diſcurrentes (cum requiſiti ſuper hoc fuerint) monitione premiſſa: compellant per cenſuras eccleſiaſticas ad dimittendum huiuſmodi habitum. b. fo. 21. Et. ffo. 23. conce. 7.

Collector.

¶Aduerte ꝙ idem iudicium eſt habendum de deferentibus habitū tertiariorum ratione communicationis priuilegiorum.

3 Prohibitio

**Innocētius.** 4. prohibuit vt nullꝰ q̄ nō ſit de religione fratrū mi. habitū dictorū fratrū: aut ita cōſimilē ꝙ ꝓpter eū frater minor credi poſſit: defferre preſumat: abſq; mādato ſpeciali ſedis apoſtolice. Et mādauit eccleſiarū prelatis: quatenus ſinguli eorū in ſuis ciuitatibus et dioceſibus illos qui prefatū habitū vel ei cōſimilē deferre preſumpſerint: ad

deponendum ipſum/cum a fratrib⁹ predictis fuerint requiſiti (monitione pre miſſa) eos compellant.B.fo.19.Et.ffo.103.conce.216.

Clemens.4.inhibuit:vt null⁹/ ſiue religioſus/ ſiue ſecularis habi/tum fratrū minoꝝ/aut ita cōſimilem ꝙ propter eū frater minoꝛ credi poſſit:deferre valeat abſqꝫ mādato ſpeciali ſedis apoſtolice.Et vt dicta inhibitio maiorē cōſequat̄ effectum:ſtatuit vt ij qui habitū predictum/ vel ſibi conſimilē deferre preſumpſerint:ad deponendum ipſum per dioceſa/nos locoꝝ cum requiſiti fuerint (monitione premiſſa) per cēſuram eccleſiaſti/cam (appellatione poſtpoſita) compellantur.B.fo.58.Et.ffo.141.conce.333. 4 Prohibitio

¶IDEM Clemens ⁊ multi alij ſummi pōtifices ſuceſſores eius conceſſe/runt plures indulgētias morientibus ⁊ ſepultis cū habitu fratrū mi.ac etiam oſculātibus habitū oꝛdinis: prout habetur infra in dictione Indulgētie quo. ad ſeculares ratiōe habit⁹.6. Ac ſimiliter alie indulgētie ꝑtinētes ſolū ad fra tres rōne hmōi habit⁹:habēt̄ i dictiōe Indulgētie plenarie quoad frēs.i.§.3. 5 Indulgentie

Sixtus.4.decreuit vt illi qui oꝛdinauerint ꝙ eorū corpora cū habitu fratrū mi.ſepeliantur:ne ex illoꝝ corpoꝝ delatione ad alia lo ca oꝛdini ⁊ fratribus predictis iniurie irrogentur: tales apud fratres hmōi eſ ſe ſepeliendos:etiā ſi alibi ſuā elegiſſent ſepulturā:niſi fiat de licentia ⁊ aſſen ſu fratrū domus loci in quo tales deceſſerint.B.fo.60.Et.ffo.144.con.350. 6 Sepulture.

¶Sed circa hoc vide infra.§.vltimo decretum Leonis in cōcilio Lateranē/ſi:quod in foro exterioꝛi ſaltem debet obſeruari. Collector.

¶IDEM Sixtus fecit conſimilem conceſſionem fratribus carmelitis per eadem verba:addendo ꝙ contradictores ſint excōicati.B.ffo.182.con.444. 7 Pro carme/litanis.

¶IDEM Sixtus in bulla Aurea ſtatuit ꝙ habit⁹ fratrū mi. vel predica/toꝝ:nō poſſit dari his q̄ cum eo elegerit ſepeliri:niſi per guardianū domus oꝛ dinis mi.aut per prioꝛē domus oꝛdinis p̄dicatoꝝ loci in quo tales decedere cō tigerit:vel per ſuperioꝛē prelatū dictoꝝ oꝛdinū:aut cui illi duxerint cōmittēdū et nō per aliū quauis auctoꝛitat/e vel prelatione fungentē exhiberi debere.Et voluit ꝙ predictum habitū recipientibus declarare teneantur predicti prela/ti ꝙ apud eorum oꝛdinū eccleſias debent ſepeliri quorū habitum ſuſcipiunt. Ac etiam ſtatuit ꝙ illorum ſic indutorum cadauera diſcooperta: nullo pallio vel tegumēto ſuper impoſito cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſint.non obſtante oꝛdinarioꝛum locoꝛum (etiam ſub cenſuris) prohibitio/ne:⁊ oꝛdinatione qualibet in contrariū edita.B.fo.65.Et.ffo.149.cōc.364. 8 Pro p̄dica/torib⁹ et mi. inſitvul.

Alexāder.6.cōceſſit vt gn̄alis fratrū mi.per ſemetipm:⁊ prouincia/les cū conſenſu maioꝛis partis capl̄i prouincialis:poſſint fratres predicti oꝛdinis quos incoꝛregibiles repererint: tāꝙ mēbra putrida: habitu ſui oꝛdinis expoliare/⁊ a ſe eijcere.Ac etiā poſſint contra quoſcūqꝫ eis foꝛſan auxiliū/cōſiliū/vel fauoꝛē/publice/vel occulte:directe/ vel indirecte: aut quouis queſito coloꝛe:ſuperdicti habitus delatione preſtātes: etiā cuiuſ/cunqꝫ dignitatis/gradus/oꝛdinis/ vel cōditionis exiſtant:per cēſuras eccleſia ſticas ⁊ alia iuris remedia (appellatiōe poſtpoſita) ꝓcedere. b.ffo.56.cō.65. 9 De eiectione incoꝛregibi/liū ab oꝛdie.

Leo.10.in cōcilio Laterañ.ſtatuit: ꝙ volēres ſepeliri in habitu fratrū: ſi nō ſunt pſone in clauſtro/ſeu in eoꝝ domibus degētes:ſed in pro prijs domibus habitantes:in eorum vltima voluntate ſepulturam ſibi alibi li bere eligere poſſint.B.ffo.26.conce.77. 10 Sepulture.

# Hereditas et heredes.

1 Pro fratribus mino. et ꝑdicatoribꝰ.

CLemens. 4. conceſſit ꝙ fratres ordinis predicatoꝝ et minoꝝ poſſint libere ſuccedere in bonis tēporalibus in quibus ſuccederēt in ſeculo exiſtentes: ac bonoꝝ ipſorum poſſeſſionē apprehendere: et vendere libere bona ipſa: eorumqꝫ precium in vtilitatē ſuā conuertere: prout prelatis dictoꝝ ordinū melius viſum fuerit expedire. B.fo.64.Et.ffo.147.conce.357.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ hmōi conceſſio ſeu relaxatio nō habet locū in fratribus mi. obſeruantibus: vt in ſequentibus.§.apparebit: preſertim in.§.2.et.4.

2 Paupertas

Clemens. 5. in declaratione Exiui de paradiſo ſuper regulā fratrū mi. declarauit ꝙ hmōi frēs nullatenꝰ ſunt capaces ſucceſſionum hereditatū. Ac etiam ꝙ nō licet eiſdem fratribus: valorem hereditatum talium: vel tantam eaꝝ partem: quaſi ſub modo ⁊ forma legati dimitti ſibi facere (ꝙ preſumi poſſit hoc in fraudē fieri) vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta ſic fieri ab ipſis fratribus ſimpliciter prohibuit. B.fo.14.in tracta.3.Et.ffo.15.tractatu.2.

Legata.

3 Pro ꝯuētualibus fratribus mino.

Sixtus. 4. conceſſit fratribus mi. ꝙ hereditates que eiſdē fratribus (ſi in ſeculo forent) ab inteſtato deferentur: deferantur eccleſie romane: que ipſoꝝ fratrum (quo ad hoc) locum tenet. Et ꝙ ipſa eccleſia romana quo ad hereditates ⁊ bona que ordinē predictum ingredientes: ſub cōditione mortis eoꝝ ſine filijs reſtituere grauati ſunt: filioꝝ locum teneat: ſicut tenēt monaſteria propriū habētia in cōi: ſi tales fratres grauati illum ingreſſi forent. Ac conceſſit vt predicta petere poſſit ſindicus romane eccleſie prefato ordini deputatus. B.fo.63.Et.ffo.146.conce.356.

Collector. ¶ Aduerte hic ꝙ hmōi conceſſio non eſt intelligenda de fratribus mi. obſer. vt inferius ab eodem Sixto: ⁊ ab alijs ſummis pontificibus declaratur.

4 Pro obſeruātibꝰ fratribus minori.

¶ IDEM Sixtus poſtea declarauit ſe feciſſe predictā cōceſſionē gn̄alē ad importunā nōnulloꝝ inſtātiā. Ac ex certa ſciētia decreuit ⁊ declarauit: ſue mētis ⁊ intētionis fuiſſe ⁊ eſſe: vt predicte ſue littere/ ⁊ alie ſimiles circa ſucceſſionem hereditatū hmōi: ad fratres de obſeruātia nullatenꝰ extendantur: nec eis aut illoꝝ alicui: in iudicio vel extra quoquomodo ſuffragentur: nec aliquam vim habeāt. Et inſuper mādauit ꝑdictis fratribꝰ de obſeruātia in virtute ſancte obediētie: ne quis eoꝝ cōceſſione hmōi vti velle preſumat quouis pretextu vel colore: quinimo in puritate ſue regule (ſicut eos decet) permaneant: perinde ac ſi littere predicte nunꝙ emanaſſent. B.fo.22.Et.ffo.106.conce.228.

Paupertas

5 Pro fratribus obſeruā. trāſeuntibus ad cōuentuales frēs mi.

Alexander. 6. decreuit ꝙ nullꝰ profeſſor ordinis mi. de obſeruātia ſi illā egrediat̄ ⁊ ad cōuētuales eiuſdē ordinis trāſeat: poſſit ſuccedere parētibus/ propinquis/ vel affinibus ſuis quouis modo: nec aliquo idulto ꝑdictis fratribꝰ couētualibꝰ ad hoc ꝯceſſo: gaudere valeat. Nec etiā cōuentus aliqͥs occaſione fratris ſic egrediētis: ius aliquod in hereditate vel quauis alia ſucceſſiōe ꝓpinquoꝝ acqͥrere ⁊ cōſequi poſſit. b.ffo.56.cō.66.

6 ¶ IDEM Alexāder iterū decreuit ⁊ ꝓhibuit ſupdicta. ſ. ne fratres obſer. trāſeūtes ad cōuētuales: ſuccedere ꝓpinqͥs valeant vllo mō: prout habet̄ ſub autētico ad litterā ſicut in cōceſſiōe imediate ſuprapoſita. B.ffo.136.cō.302.

Collector. ¶ Circa prefatam materiā hereditatū: eſt aduertendū ⁊ notandū: ꝙ licet fratres minores nō ſint capaces hereditatū ⁊ relictorum in teſtamētis: vt patet in clementina Exiui de paradiſo.§.Cum igitur de verbo ſigni. et p Bar. in.l.

Ne quicquam.§.fi.ff.de offi.procon.Et in.l.1.colū.4.de lega.primo. Attamē eis conſulitur duplici remedio ſm doctores:prout infra explicatur.

¶ Primo enim eis cōſulitur iudicis officio. Poteſt nāq iudex ex ſuo mero officio (nemine etiā ad hoc agēte) cōpellere heredē vel illum qui ad hoc tenetur ex teſtamēto/vel alias:quatenus relicta monaſterio/vel fratribus mino.adimpleat ⁊ exſoluat. Hoc tenet ſpeculator in titulo de inſtru.edi.§. Nunc vero aliqua. Et Barto.in dicta.l. Ne quicq̄. Et Joan.and.in.c. Si heredes:extra de teſta. Et eſt videnduſ ad hoc Baldus in.l. Nulli.C. de epiſcopis ⁊ clericiſ. — Primum remedium.

¶ Sed circa hoc querendum videtur:que potuit eſſe ratio iſtius deciſionis: et vnde potuit hoc venire. Reſpondeo:ꝙ duplex eſt ratio huius. ¶ Prima qꝛ intereſt rei publice:ne ſua quis re male vtatur. vt in.§. Sed hoc tēpore.inſti. De hijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et ratio etiam iſtius rationis eſt:⁊ colligitur a fortiori. Nam ſi cōmodum rei priuate prouidetur: vt in.l. Si quis.C.de bonis preſcrip.fortius circa volūtates defunctoꝝ prouidendū eſt. De quo per Andream barba.in rubrica. De teſta.colū.25. Et per glo.in.l. Julianus.ff.de actio.emp. Et arguit bene in hoc caſu Barba.in.c. Tua nobiſ.colū.26.extra de teſta. Facit etiā qꝛ anima cunctis rebus p̄ferenda eſt.l. Sācimus.C.de ſacroſan.eccle. Et autētica Multomagis.⁊c. Numeroſa eſt ad hoc iuriū ſilua.

¶ Secūda ratio eſt:qꝛ ſi ita cautū nō eſſet: accideret nōnunq̄ ꝙ pium propoſitum defunctoꝝ:improba fraudantium caliditate cellaretur: vt dicit ille textus notabilis in dicta.l. Nulli.C.de epiſcopis ⁊ clericis. Et qꝛ magna eſt pietas volūtatem illius adimpleri:qui nec ſe iuuare/ nec iam loqui poteſt. Quapropter voluntati defunctoꝝ ita conſultū iri oportet. Et hec quo ad primum remedium quo fratribus mino.et alijs pauperibus non valentibus agere in iudicio:ſubuentu m eſt officio iudicis.

¶ Deinde autē dicunt doctores:ꝙ alterum remedium quo dictiſ fratribꝰ conſulitur:eſt illud quod ſequitur. Quia cuilibet de populo cōpetit actio: ⁊ quilibet de populo poteſt agere vt legata ⁊ relicta ad pias cauſas: puta monaſterio/hoſpitali/fratribus/pauperibus/ et ſimilibus adimpleantur per illū qui grauatus eſt a teſtatore:vel alias ad hoc tenetur. Jura ſunt de hoc bona:textus in autētica De eccleſiaſti.n.§. Si autē collatiōe.9. Et tenet Ludouicus romanꝰ in autētica Simile.C.ad legē falci. Et fuit originale dictū Angeli de peruſio in dicto.§. Sin autem. Jta etiā tenet Bar.in dicta.l. Ne quicquā:qui allegat.l. Hereditas.ff.de pe.here. Et.l. Quintuſ.de annuiſ legatis. Et eſt de hoc caſus formalis ⁊ in indiuiduo in dicta.l. Nulli.C.de epiſ.⁊ cle.in fine. Et facit ad hoc dictum Barba.in.c. Nos quidem:colū.16. De teſta. — Alterum remedium.

¶ Predicta fuerunt praticata in ciuitate Barbaſtri regni Aragonie: vbi ab vniuerſitate eiuſdē ciuitatis fuit conſtitutuſ procurator/ſeu ſindicuſ ad agendum pro legatis relictis monaſterio beati Franciſci: anno a natiuitate domini.1521.quo tempore erat aduocatus dicti monaſterij quidā inſignis vtriuſq iuris doctor nomine Leonardus de ſancto Angelo : qui ſupraſcripta fundauit et exequi fecit.

¶ Ex ſupradictis infertur : ꝙ grauiter errant prefati fratres procurantes ꝙ eis vel ſuis eccleſijs/aut cōuentibus relicta in teſtamētis:petantur in iudicio per ſindicum deputatum a ſede apoſtolica:vtendo cōceſſionibus relaxatiuis et deſtructiuis perfectionis voti paupertatis in ſua regula promiſſi:preſertim — Collector. Nota.

cum facilius poſſint obtinere huiuſmodi relicta in teſtamētis medio alicuius deuoti iudicis qui in hoc poteſt prouidere ex ſuo officio: vt ſupra probatum eſt: aut vtēdo altero remedio. ſ. ꝙ aduocatus fratrū/vel alius amicus ſpiritualis petat predicta in iudicio: non tamen vt ſindicus: ſed ſicut vnus de populo: cū etiam hoc fieri poſſit: ſicut ſupradictum eſt.

# Hereſis et hereticus.

1 Pro terris infidelium. Abſolutio. Gregorius. 9. conceſſit fratribus mi. proficiſcentibus in terras infideliū/ vt eos qui per apoſtaſiam/ ſciſma/vel hereſim/a chriſtiani nominis cōfeſſione receſſerunt: inter ſarracenos habitantes/abſoluere poſſint/ ac reconciliare per gratiam penitentie ſalutaris: ſi ad obedientiā eccleſie romane/in humilitatis ſpiritu voluerint redire. b. ffo. 22. conce. 4.

2 Pro terris infidelium. Abſolutio. ¶ IDEM Gregorius cōceſſit prefatis fratribus euntibus ad terras infidelium: vt eos qui quomodolibet a fide vel vnitate romane eccleſie diſceſſerūt: ſi redire voluerint ⁊ ſatis facere pro cōmiſſis: valeāt recōciliare/⁊ ab anathematis vinculo (quo tenentur) abſoluere. b. ffo. 257. conce. 641.

3 Abſolutio quo ad fres ⁊c. relapſos. Alexander. 6. conceſſit oībus ⁊ ſingulis prelatis ordinis mi. de obſer. (. ſ. generalibus/prouincialibus ⁊ cuſtodibus) plenarie facultatem ⁊ auctoritatem: vt quoſcunqꝫ ſubditos ſuos (fratres videlicet ⁊ moniales ſancte Clare/ac vtriuſqꝫ ſexus tertiarios) inuenerit in aliquo hereſis vel apoſtaſie crimine lapſos/ac etiam relapſos: poſſint eos abſoluere: ⁊ cum eis diſpēſare: prout magis late poſitum eſt hoc ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 14. o. fo. 65. Et. ffo. 70. conce. 164.

Collector. ¶ Reliqua attinentia ad hmōi materiam: preſertim circa inquiſitores huius criminis: vide infra in dictione Inquiſitores heretice prauitatis.

# Jeiunium.

1 Capřm generale. Declarare. Eugenius. 4. conceſſit vt congregatio generalis fratrū mi. de obſer. haberet facultatem declarandi et ordinandi in quibus locis ⁊ prouincijs fratres debeant ieiunia regule in cibis quadrageſimalibus obſeruare: ⁊ in quibus debeant patrum conſuetudines immitari/ vel aliter ſe habere. B. ffo. 112. conce. 242.

2 Pro monialibus. ſ. clare et tertiarijs. ¶ IDEM Eugenius ordinauit ꝙ moniales ſancte clare / ac tertij ordinis ſancti Franciſci: ⁊ aliorꝫ ordinū ſorores (. ſ. ſub obediētia predictorꝫ fratrū exiſtentes) ſolūmodo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres ordinis mi. regulā obſeruantes obligati ſunt: ⁊ eoſdem modos ſeruent in cibis quadrageſimali tēpore: exceptis debilibus ⁊ infirmis. b. fo. 46. Et. ffo. 42. conce. 47.

3 Pro ſecularibus laboratoribus. ¶ IDEM Eugenius declarauit: ꝙ artifices laborioſas artes exercentes: ⁊ ruſtici/ſiue diuites ſint ſiue pauperes: non tenentur ieiunare ſub precepto peccati mortalis. Et ꝙ abſolui poſſunt/⁊ induci ad elemoſinas/⁊ alia bona facienda. o. fo. 61. Et. ffo. 64. conce. 82. Et. fffo. 101. conce. 395.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ hoc precipue intelligendum eſt de ruſticis laboratoribus qui arant vel ſimilia opera laborioſa exercent.

4 Pro infirmis fratribus. Sixtus. 4. cōceſſit ꝙ fratres mi. nō potētes ieiunare bono modo pro-

pter infirmitatem vel debilitatem: non teneantur. o.fo.62. Et.ffo.66. conce.
99. Et.ſffo.100.conce.384.

Leo. 10. cōceſſit ꝙ fratres mi. obſeruātes itinerātes: poſſint trāſferre ie 5
iunium diei itinerationis in alium diem. o.fffo.93.conce.286. Pro itinerā
¶ IDEM Leo cōceſſit ꝙ fratres mi. maxime p̄dicatores actu p̄dicātes: poſ tibꝰ fratribꝰ
ſint ſine ſcrupulo: ⁊ ſeruato ieiunio anticipare/ſeu retardare (iuxta ſuā coſola 6
tionem) horas comeſtionis/⁊ ſerotine colationis. o.fffo.93.conce.282. Pro fratri bus p̄dicāti bus.

# Impetrare litteras apoſtolicas.

Paulus. 2. ſtatuit ꝙ nullus fratrū mi. impetrare nec recipe 1
re valeat aliquē locum ſeu domum: etiam quarū
cūqꝫ litterar̄ apoſtolicar̄ obtētu: niſi de licētia gn̄alis vel proui
cialis illiꝰ prouincie i qua locus ſeu domus ipſa cōſiſtit: niſi his Licentia.
l̄ris fuerit ſpecialiter derogatū. B.fo.10. Et.ffo.94.conce.203.

Sixtus. 4. diſtricte inhibuit fratribus mi. ne impetrēt a protectore or 2
dinis aliquas litteras vel aliquid aliud: vltra ꝙ̄ ſua facultas Protector or
in regula predictorum fratrum conceſſa ſe extendit: nec etiam taliter ab alijs dinis.
impetratis vtantur. Et voluit ꝙ qui contrariū fecerint: puniantur illis penis
quibus eſſent pro grauibus culpis (ſm̄ ſtatuta dicti ordinis) puniendi. Ac ꝙ
tales ſint nihilominus priuati actibus legitimis: ⁊ a ſuis (ſi que habēt) ſuſpē
ſi officijs ipſo facto. B.fo.53. Et.ffo.137.conce.303.

¶ Qualiter nequeant predicti fratres impetrare aliquod indultum apoſtoli Collector.
cum: preſertim exemptionem: ſine licentia ſuorum ſuperiorum: vide ſupra in
dictione Exempti fratres. §.8.et.9.

# Incarcerare.

¶ Qualiter poſſint et debeant fratres minores delinquētes incarcerari: vi Collector.
de ſupra in dictione Correctio.

# Incorregibiles fratres.

Innocentius. 4. prohibuit diſtricte: ne fratres mino. 1
quos generalis aut prouinciales mini De eiectis ab
ſtri ab ordine pro ſuis culpis ⁊ demeritis expellere cōtigerit: pre ordine.
ſumant predicare/ſeu cōfeſſiones audire/vel docere: niſi (de licē
tia ſedis apoſtolice aut predictor̄ miniſtror̄) ad aliū tranſierint
ordinem: prout latius poſitū eſt ſupra in dictione Eijcere ſeu expellere ab or
dine. §.1. Et habetur. B.fo.36. Et.ffo.120.conce.261.

Alexander. 6. cōceſſit facultatē generalibus ⁊ prouincialibus or 2
dinis mi. vt poſſint fratres incorregibiles habitu ordi
nis expoliare: ⁊ ab ordine eijcere: prout habet̄ ſup̄ i dictiōe habitꝰ fratrū. §.9.

# Indulgentie.

¶ Circa materiam indulgentiarum ordini minorum: et alijs ordinibus men Collector.
dicantium conceſſarum: ſic proceditur. Primo enim ponuntur indulgentie
tā plenarie ꝙ̄ alie que ſolum attinent ad perſonas fratrum minorum: necnon
ad alias perſonas que eorundem priuilegijs vniuerſaliter gaudere poſſunt,

# Indulgentie plenarie quoad fratres.

Deinde ſubiunguntur alie/que pertinent ad ſeculares deuotos ordinis:tam eccleſias eorũde fratrum viſitantes:ꝙ aliqua alia reſpectu ipſorum fratrum et ſuorum monaſteriorum facientes: ac etiam multe alie indulgentie prout infra patebit.

# Indulgentie quoad fratres.

Collector. ¶ Circa indulgentias pertinentes ſolum ad fratres:ſic proceditur: ꝙ primo ponuntur omnes plenarie. Secundo adduntur alie indulgentie non plenarie. Tertio ſuperadduntur indulgẽtie ſtationum vrbis Rome; ac hieruſalem et ſancti Jacobi.

# Indulgentie plenarie quoad fratres

1 Pro articulo mortis. MArtinus. 5. Eugenius. 4. Nicolaus. 5. Calixtus. 3. Pius. 2. ac Sixtus. 4. conceſſerunt omnibus fratribus mino. de obſeruãtia indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et ꝙ ſi occurrerit caſus ꝙ nõ poſſint cõfeſſorem eligere / ſeu habere:tunc etiam conſequantur predictam indulgentiam : ſi ſunt in ſtatu gratie. b. ffo. 71. conce. 185.

2 Pro receptione habitꝰ. ¶ IDEM Sixtus conceſſit:ꝙ in receptiõe habitus cuiuſlibet trium ordinum ſancti Franciſci/ſit indulgentia plenaria recipienti:⁊ ſimiliter in die obitus. o. fo. 63. Et. ffo. 67. conce. 1104. Et. fffo. 95. conce. 320.

3 Pro feſtis domine nr̃e. Ex pũile. auguſtinẽſium. ¶ IDEM Sixtus conceſſit vere penitentibus ⁊ cõfeſſis viſitantibus eccleſiam ſancte Marie de populo vrbis Rome:in feſtiuitatibus precipuis domine noſtre. ſ. Conceptionis/Natiuitatis/Purificatiõis/Annunciationis/Viſitationis ⁊ Aſſumptionis/a primis veſperis vſq; ad ſecundas veſperas plenariam omnium peccatorum remiſſionem ⁊ veniã. B. fffo. 77. conce. 233.

Collector. ¶ Hac conceſſione gaudere poſſunt fratres : ratione generalis conceſſionis indulgentiarum vrbis Rome:necnon ⁊ alterius ſpecialis cõceſſionis que habetur hic infra. §. vltimo.

4 Pro ſabbatis quadrageſime. ¶ IDEM Sixtus conceſſit omnibus vere penitentibus ⁊ cõfeſſis qui predictam eccleſiam ſancte Marie de Populo viſitauerint qualibet die ſabbati ſingularum hebdomadaꝝ quadrageſime omnium peccatorum ſuorum remiſſionem ⁊ veniam. B. fffo. 78. conce. 234.

Collector. ¶ Aduertendum ꝙ huiuſmodi conceſſione poſſunt etiam gaudere fratres extra vrbem Romam: propter generalem conceſſionem indulgentiarum predicte vrbis eis pleniſſime factam. Non tamen poterunt gaudere huiuſmodi indulgentijs perſone ſeculares que viſitauerint eccleſias huiuſmodi fratrum extra dictam vrbẽ:prout aliqui fratres aſſerere niſi ſunt. Quapropter Leo 10. fecit ſuper hoc quandam declarationem ⁊ conceſſionem : que ponitur infra. §. vltimo.

5 INnocentius. 8. conceſſit vt fratres mino. ſacerdotes celebrantes in diebus dominicis:⁊ ſolẽnitatibꝰ dñi: ⁊ beate Marie:⁊ ſanctoꝝ noſtri ordinis:habeant indulgentiã plenariã:et fratres

Cõicare. laici quando cõmunicant. o. ffo. 69. conce. 148. Et. fffo. 99. conce. 361.

6 Cõmunicat̃. ¶ IDEM Innocentius conceſſit vt moniales communicãtes habeant indulgentiam plenariam. o. ffo. 69. conce. 150.

Julius.2.cōceſſit ꝙ fratres mi.obſeruātes:toties quoties coronā vir- 7
ginis Marie que continet.72.Aue maria: ⁊ octo Pater no- De corona
ſter (ꝑmittēdo ante quālibet decē Aue maria vnū Pater noſter) dixerint: lu dñe noſtre.
crentur indulgentiā plenariam: addēdo tamē vnum Aue maria pro ipſo dño
papa.o.fffo.92.conce.273.Uide infra.§.11.

¶ IDEM iulius cōceſſit ꝙ predicti fratres:dicēdo coronā ſaluatoris noſtri 8
Jeſu Chriſti q̄ ꝯtinet.33.Pater noſter:⁊ totidē Aue maria:in memoriā anno- De corona
rū vite chriſti:lucrent̄ cōſimilem indulgētiam plenariā: ſicut pro corona beate dñi noſtri.
virginis.o.fffo.92.cōce.274.Uide circa hoc infra.§.11.

Leo.10.conceſſit ꝙ ſorores ſancte Clare:⁊ tertij ordinis de penitētia nū- p
cupate in cōgregatione cōmorantes: ⁊ ſub cura fratrum minorum Pro monia
obſer.viuentes: toties quoties coronam virginis Marie dixerint: lucrentur libus.
plenariam indulgentiam. o.fffo.92.conce.272. ¶ De huiuſmodi coronis po- De corona
nitur infra alia conceſſio melior.§.11. btē virginis.

¶ IDEM leo conceſſit ſupradictis monialibus:vt quoties ſacrā ſumūt cō- 10
munionem:ea die plenariā indulgētiam cōſequantur.B.fffo.42.conce.133. Pro monia.

¶ IDEM leo cōceſſit ſororibus/ſeu ancillis ordinis beate Marie:vt dicē- 11
do coronas dñi Jeſu/⁊ beate Marie virginis: conſequantur plenariā indul- Pro monia
gentiā ſuoꝝ peccatoꝝ.Et declarauit:ꝙ hoc idem (licet forte minus clare) con- libus.
ceſſerat ipſemet Leo monialibus ſancte Clare.B.fffo.43.conce.134. De coronis.

¶ Aduertēdum ꝙ ex hac cōceſſione:⁊ ex alijs ſuprascriptis colligit̄:bis con- Collector.
ceſſum eſſe fratribus mino. ⁊ monialibus ſancte Clare vt dicēdo coronas do-
mini noſtri/⁊ domine noſtre conſequantur indulgentiam plenariam:licet cla-
rius in oraculis viue vocis ſupra poſitis.ſ.§.7.et.9.

¶ Aduertēdum eſt etiā ꝙ corona dñi noſtri Jeſu Chriſti cōtinet.33.Pater no Collector.
ſter/⁊ totidē Aue maria in honorē annoꝝ vite eiuſdē Chriſti.Corona vero bea
te virginiſ/dicit̄ ab aliquibus cōtinere.63. Aue maria: ⁊ de decē in decē vnū
Pater noſter. Et ſic habet̄ in litteris Leonis ſuperius allegatis. Sed vt alij
dicunt ⁊ melius:cōtinet.72.Aue maria in memoriam.72.annorum quos bea
ta virgo in hoc ſeculo creditur vixiſſe. Et ita ponitur in alijs litteris eiuſdem
Leonis.B.fffo.63.conce.204.

¶ IDEM leo conceſſit ſupradictis ancillis beate marie:vt quoties ſacram 12
ſumpſerint communionem: ea die plenariam conſequi valeant indulgētiam. Cōmunicare
B.fffo.43.conce.127.

¶ IDEM leo cōceſſit:ꝙ fratres infirmi/ac ſenes in decrepita etate cōſtitu- 13
ti:dicēdo vnum p̄s.vel hymnū virginis/vel dñi noſtri: lucrentur indulgētias Pro infir-
cōceſſas dicētibꝰ coronas Jeſu Chriſti dñi noſtri/⁊ matris ſue:quia huiuſmo- mis.
di perſone non poſſunt ſemper tot dicere.D.fffo.60.conce.181.

¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ in ſabbato in ramiſpalmarū: ⁊ in die ſancti Joan- 14
nis euāgeliſte:ac in feſto eiuſdem quod dicitur ante portā latinā: quilibet fra-
trū mino.regularis obſer.dicendo p̄s.penitētiales / vel quinquies Pater no- Liberatio
noſter cum totidem Aue maria ante ſacramētum altaris: poſſit liberare vnā aīaꝝ a pur-
animam a purgatorij penis. Uoluit tñ prefatus pontifex:ꝙ fratres predicti in gatorio.
perpetuum die qua predicta gratia vtentur: dicant pro ſanctitate ſua vnam
coronam beate virginis marie.D.fffo.61.conce.184.

¶ Aduerte ꝙ ſolū tres prefate cōceſſiones pro liberādis pro animabus pur- Collector.

gatorij inueniūtur autētice. Alie aūt que ponūtur inferius vbi explicantur indulgētie per ſingulas ferias quadrageſime reperiuntur in multis ſummarijs Rome impreſſis: ⁊ ideo non debent contēni: q̄uis de ipſis nulla habeatur certitudo/nec practicentur Rome.

*De officio defunctorum. De p̄s. peni.*

16 ¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ fratrres mi. dicētes/vel recitātes officiū defunctoꝝ pro aībus exiſtētibus in purgatorio/vel ſeptē p̄s penitētiales: eaſdē cōſequātur indulgētias quas cōſequūtur dicētes coronā beate virginis Marie: ſcz indulgētiam plenariam toties quoties dixerint. O. fffo. 61. cōce. 187.

*De viſita. cōuētuū q̄ fit a ꝓuincialib⁹*

17 ¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ oēs ꝓuinciales fratrū mi. obſ. acta viſitatione ordinaria in cōuētibus ſue ꝓuincie: habeāt facultatē cōcedēdi indulgētiam plenariā omnib⁹ fratrib⁹ cuiuſlibet cōuentus ſic viſitati. Et idē de monialibus ſancte Clare/⁊ tertiarijs in cōgregatione viuētibus. o. fffo. 93. cōce. 285.

*Pro dicen. miſſā cōcep.*

libus. cio.8.anni.7.ab Innocentio.4.anni.7.ab Alexandro.4.anni.7.a Ioanne.
21.anni.7.a Gregorio.9.anni.7.a Bñdicto.11.anni.14.a Nicolao.4.anni

ſeptē. Ab vrbano.5.anni.14. ¶ Sumātur oēs anni.79.b.ffo.111.cōce.493.
¶ Facientibus miſſas ⁊ alia diuina celebrare a dictis fratribus in eoꝶ eccleſijs cōceduntur ab Honorio.3.dies.80.a Bonifacio dies.80.a Clemēte.5.dies octoginta: ab Alexandro.4.dies.80.a Joanne.21.dies.8.dies.a Nicolao.4.dies.80.ab Innocentio.4.dies centum: a Gregorio.9.dies centum: ab Urbano.4.dies centū. ¶ Sumātur anni.2.et dies.248. Et numerādo per dies ſunt fere mille dies.b.ffo.111.conce.493. 14 Pro faciētibus celebrare miſſas.

**Joannes**.23.cōceſſit benefactoribus ordinis predicatorū decem annos/⁊ totidē quadragenas de iniunctis eis penitētijs. Et remittit eis iniurias patrū/⁊ matrū ſine manuū iniectiōe violēta: ⁊ omnia feſta male obſeruata/⁊ omnia iuramēta falſa: ſine dāno alterius. Et remittit ſacerdotibus/⁊ clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: qui ad exēplum aliorum manus porrexerint adiutrices: quicquid in diuinis officijs / aut horis canonicis dicere omiſerint: nunc propter infirmitatem/vel per negligētiam/ſeu per defectum librorum.b.ffo.94.conce.305. Pro q̄buſlibet bñfactoribꝰ fratrū. 15 Pro clericis ſecularibus.

¶ IDEM Joānes cōceſſit etiā de gratia ſpeciali: ꝙ hmōi cōfratres/⁊ germani ordinis poſſint ſepeliri (tpe īterdicti) in eccl'ia/vel cemiterio: niſi fuerint excōicati publice/vel nominatim: ibiq; diuina celebrare.b.ffo.95.cōce.306. 16 Sepultura. Interdictū.

¶ Aduerte ꝙ ſupradicta cōceſſio: quo ad ſepellionē cōfratrū/⁊ germanorum ordinis fuit diſcuſſa/ ⁊ ventilata in vniuerſitate Salmātina ⁊ fuit declaratū et determinatū ꝑ plures inſignes doctores iuris peritiſſimos: debere ſolū intelligi de illis cōfratribus qui licet remaneāt in ſeculo/⁊ non mutēt habitū ſecularē: tū ſunt/vel fiūt oblati ordinis: ⁊ faciunt donationē inter viuos oīm bonorum ſuorū dicto ordini: reſeruando ſibi vſum fructū quādiu vixerint: ⁊ non de alijs cōfratribus cōmuniter vſitatis. Fundatur autē hec determinatio/et dclaratio predictorū doctorū in capitulo Ut priuilegia de priuilegijs libro.5. decretaliū: qd̄ cap'lm ad litteram dicit: ꝙ ſolum tales predicti cōfratres gaudeant eccleſiaſtica ſepultura tempore interdicti/⁊ non alij. Collector.

¶ IDEM Joānes conceſſit ꝙ anime defunctorum pro quibus ordini ⁊ fratribus eiuſdē collata fuerit elemoſina: admitterentur ad omnia beneficia/et ſuffragia / ⁊ ad omnes gratias totius ordinis. Et remittit eiſdem benefactoribus ſeptimam partem ſuorum predicatorum.b.ffo.95.conce.308. 17 Pro defunctis.

¶ Sequūtur alie plures indulgentie conceſſe exhibentibus opera charitatis erga Carmelitanos ⁊ eorum domos.

**Leo**.4.cōceſſit xp̄i fidelibꝰ domos ordinis Carmelitaꝶ cōfractas reparātibꝰ.7.annos/⁊.12.quadrage.indul. Innocētius.4.hāc indulgentiā duplicauit. Nicolaus.5.hāc duplicationē duplicādo cōceſſit. Et ſic ſunt anni.28.et q̄dragene.48.B.fo.107. Et ffo.190.cōce.485. Et fffo.112.ꝯce.504 18 Ex p̄uile. fratrū Carme.

**Adrianus**.2. Stephanus.5. Sergius.3. Joānes.10.⁊ Joānes.11. Sergiꝰ.5.⁊ Innocētiꝰ.4.reficientibꝰ eccl'ias dicti ordinis/vel pro fabricis ipſaꝶ munera dātibꝰ/ ac cōfratriā dicti ordinis aſſumētibꝰ: vel etiā vtēſilia/vaſa/mapas/paramēta: aut alia ad cultum dei neceſſaria tribuētibꝰ/vel ad ea habēda manus adiutrices porrigētibꝰ: in vita/vel in morte legātibus: tertiā partē delictoꝶ relaxarūt. Innocētius.4.hanc peccatorum remiſſionem duplicauit Nicolaus.5.iterum hāc duplicationē predictis benefactoribus duplicauit.B.fo.107. Et ffo.190.cōce.485. Et fffo.112.ꝯce.505. Pro fabrica 19 Pro fabrica Pro vtēſilibꝰ ⁊ ornamētis eccl'iarū.

20 Honorius.10.et Nicolaus.4.omnib⁹ vere penitētib⁹:⁊ manus adiutrices dicto ordini porrigentibus:omniū peccatorū veniā polliciti ſunt ¶ Innocētius.4.et Nicolaus.5.vnus poſt aliū hanc peccatoꝝ veniā duplicarūt. ¶ Honorius.9.oibus manus adiutrices porrigētibus ordini p̄dicto.40.annos/⁊ totidē quadragenas cōcedit de iūctis penitētijs.

Nota. ¶ Predicti ṽo Innocēti⁹.4.et Nicola⁹.5.vn⁹ poſt aliū:etiā dictos.40.ānos et quadragenas duplicauit eiſdē. ¶ Bñdict⁹.10.oīa a ſupradictis anteceſſorib⁹ ꝯceſſa duplicauit. B.fo.107.Et ffo.190.ꝯce.485.Et fffo.112.ꝯce.506.

Epilogatio ſupraſcriptorū indulgē. ¶ Et ſic in ſumma omnibus vere penitētibus / et manus adiutrices vt ſupra porrigētibus eſt conceſſa:ter remiſſio omniū peccatorum:⁊ adhuc duplicata. Et.320.anni/⁊ totidem quadragene de iniunctis penitentijs.

¶ Sequūtur nōnulla cōceſſa faciētibus opera pietatis fratribus/et domibus ordinis minimorum.

21 Iulius.2.cōceſſit ꝙ ſingule perſone que fuerint ordinis minimorum fundatrices/ſeu cultrices:cū earum vtriuſqꝫ ſexus liberis ꝓcreatis/⁊ ꝓcreādis:omnibus ⁊ ſingulis eiuſdē ordinis minimorū priuilegijs/

Nota. gratijs/immunitatib⁹/libertatibus/exēptionibus/indultis/ cōceſſionibus/⁊ indulgentijs vti/potiri/⁊ gaudere libere /ac licite valeant.B.fffo.9.conce.31.

## ¶ Indulgentie quas lucrātur audientes verbum dei a fratribus minoribus.5.

1 Gregorius.9.cōceſſit audiētib⁹ p̄dicationes fratrū mi. qndecim ānos indulgē.b.ffo.260.cōce.649.

2 Alexander.4.cōceſſit vt fratres mino.in quibuſcūqꝫ ecclījs/vel locis eos p̄dicare contigerit poſſint dare ſuis auditorib⁹ indulgē.4.dieꝝ.b.ffo.260.ꝯce.654

3 ¶ IDEM alexander cōceſſit accedentibus ad eccleſias fratrū mino. cauſa

Miſſ. audiendi ſermones/vel miſſas quocūqꝫ tempore : pro qualibet vice indulgentiam centum dierum.B.fo.24.Et ffo.108.cōce.231.Et.b.fffo.108.cōce.437.

4 ¶ IDEM alexander et Nicolaus.3.et Innocentius.4.et Nicolaus.4.ac

Pro q̄drageſima. Benedictus.11.conceſſerunt venientibus ad eccleſias fratrum minoꝝ tēpore quadrageſime feria.2.et.4.et.6.quādo ibidem p̄dicatur indulgētiam cen

Nota. tum triginta/⁊ octo annorū/ ⁊ ducentoꝝ ⁊ duoꝝ dierū.b.fffo.108.cōce.439.

5 Clemens.4.vt teſtatur Ioānes.22.cōceſſit ꝙ fratres minores p̄dicantes extra domos ſuas poſſint concedere auditoribus ſuis.80.dies indulgētie. In domib⁹ vero ſuis vltra p̄fatas indulgētias.100.dies.B.fo.24.Et ffo.108.conce.231.Et fffo.108.conce.445. ¶ Uide infra

Collector. poſt.§.6.epilogationem omniū que poſſunt lucrari audiēdo ſermones fratrū.

¶ Sequūtur conceſſa audiētibus ſermones fratrū ordinis p̄dicatoꝝ.

6 Uenientibus cōmuniter ad ſermones annuales audiēdos ad lo

Ex p̄uilegijs fratrum p̄dicatorum. ca fratrū p̄dicatorum: cōceduntur ab Honorio.3.dies.100.a Bonifacio.8.dies.100.ab Alexandro.3.dies.100.a Gregorio.9.dies.100.ab Innocentio.4.dies.100.a Benedicto.11.dies.200.ab Urbano.5.dies.100.ab Alexandro.5.dies.100. ¶ In ſumma autem ſunt anni.3.et dies duo.b.fffo.111.conce.491.

Collector. ¶ Aduertēdū eſt ꝙ epilogādo oēs ſupraſcriptas cōceſſiones:reſolutio eſt iſta: ꝙ fratres p̄fati qñcūqꝫ p̄dicant in ſuis domibus quocūqꝫ die anni:poſſunt

cōcedere ſuis auditorib⁹.18.ānos.et.322.dies. Et numerādo ꝑ dies ſunt ſeptē millia et.72.dies. Sed qñ alibi ꝑdicāt:poſſunt cōcedere decē ⁊ octo annos:et ducētos/ac.22.dies. Et numerādo ꝑ dies ſunt ſex millia ⁊ nōgēti ſeptuaginta duo dies. Attñ qñ predicāt tpe quadrageſimali in domibus ſuis: feria.2.et.4. ac.6.poſſunt cōcedere vltra predicta centum.30.et octo annos / ac ducētos et duos dies. Et in ſumma ſunt in prefatis ferijs.156.annos.et.524.dies. *Epilogatio cōceſſionū ſupraſcriptaꝝ.*

## ¶ Indulgentie quas poſſunt lucrari ſeculares ratione habitus predictorum fratrum.6.

Clemens.4.cōceſſit morientibus cū habitu fratrū mino.⁊ qui cū eo elegerint ſepeliri remiſſionē tertie partis omnium ſuorum delictorum.b.ffo.260.conce.658. 1

Nicolaus.3.cōceſſit omnib⁹ qui moriuntur cū habitu fratrū mino.⁊ qui cū eo elegerint ſepeliri:remiſſionem tertie partis omnium peccatorum ſuoꝝ.b.ffo.260.cōce.661. Alias habetur ꝙ eſt remiſſio quarte partis.b.fffo.108.conce.447. 2

Urbanus.5.cōceſſit ſilr indulgētiā remiſſionis tertie partis pctōꝝ illis q̄ moriunt̃ cū ꝑfato habitu fratrū mi.b.ffo.261.cōce.670. Alias habet̃ ꝙ cōceſſit remiſſionem quarte partis.b.fffo.109.cōce.458. 3

¶ Aduertendū eſt circa prefatas cōceſſiones habitus:ꝙ in ſumma autentica ſuperius allegata reperitur abſq; nominatione pontificū ſequēs cōceſſio. Collector.

¶ Item cōceſſa eſt ſepultis in noſtris cemiterijs:⁊ morietib⁹ in habitu noſtro fratrū mi.quarta pars pctōꝝ a quatuor ſummis pōtificibus.ffo.71.cōce.183. 4

Alexander.6.cōceſſit vt mulieres ſuſcipiētes ante mortē/vel poſt mortē habitū ſancte Clare:habeāt talē relaxationem peccatorum:qualem habent viri pro habitu fratrum minorum.o.ffo.70.cōce.176. Et fffo.99.conce.368. 5 Pro moniaelibꝰ.s.clare. 6

Leo.10.informatus de predictis conceſſionibus circa habitum fratrum minorum confirmauit eas/ac de nouo conceſſit:⁊ ad hmōi gratias ſuam portionem addidit:concedens ꝙ morientes in dicto habitu cōſequantur indulgentiam plenariam.O.fffo.61.conce.185. Indul.ple. 7

¶ IDEM leo iterū cōfirmauit ꝯceſſiones ſupradictas:⁊ addidit ꝙ tā morientes/⁊ ſepeliēdi in dicto habitu/q̄ moriētes ⁊ ſepeliēdi in habitu ſoroꝝ tertie regule eiuſdē ſcti Frāciſci:ſub obediētia miniſtroꝝ gñalis/⁊ ꝓuincialiū degentium:cōſequant̃ indulgētiā plenariā omniū ſuoꝝ pctōꝝ.O.fffo.62.cōce.201. Indul.ple. Pro tertia.

¶ Idem Leo declarauit ſufficere habitū ꝑdictū petere/ac ſup ſe vſq; ad mortē habere/ac in eo ſepeliri:etiā ſi ante mortē nō induat̃.O.fffo.60.conce.183. 8 Declaratio.

¶ Ex priuilegijs fratrum predicatorum.

Ioannes.23.omnib⁹ xp̄ifidelibus oſculantibus habitū ordinis ſancti Dñici/ſeu fratrū ordinis predicatorū:quinq; annos/et totidem quadragenas de iniunctis penitentijs relaxauit.b.fffo.95.cōce.307. Et numerādo per dies ſunt duo millia/et.75.dies. ¶ Tātūdem lucrant̃ oſculātes habitū fratrū mi.⁊ alioꝝ mēdicantium:ratione cōicationis priuilegioꝝ. 9 Pro oſculātibꝰ habitū.

## ¶ Indulgētie impetrate a fratribus minoribus ꝓ ſecularib⁹ in fauorē cōceptionis īmaculate ꝟginis Marie dñe nr̄e.7.

1 SAcroſanctū conciliū Baſilieſe cūctis xp̄i fidelibus vere penitentibus/⁊ cōfeſſis in die feſtiuitatis ɔceptiōis intereſſentib⁹ miſſaꝝ ſolēnis:cētū:primis aūt/vel ſcđis vespis totidē:ſmoni ſo verbi diuini de eadē feſtiuitate.150.dies de iniūctis ſibi penitētijs relaxauit.b.fo.42.Et ffo.40.cōce.45.

2 Sixtus.4.ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ oēs et ſinguli chriſti fideles vtriuſq; ſexus qui miſſam/⁊ officiū feſti cōceptionis beate Marie virginis:cuius initiū eſt Sicut liliū inter ſpinas ⁊c.in feſto eiuſdem cōceptionis deuote celebrauerint ⁊ dixerint/aut illiss horis canonicis interſerint: quoties id fecerint:eādem prorſus indulgētiā/⁊ peccatoꝝ remiſſionē cōſequātur: quā Urbanus.4.⁊ Martinus.5.⁊ alij Romani pōtifices cōceſſerūt illis qui miſſam/officiū/⁊ horas canonicas in feſto corporis Chriſti a primis veſperis et ꝑ illius octauā(iuxta Romane eccl'ie inſtitutionē)celebrāt ⁊ dicūt:aut miſſe/ac officio/⁊ horis hm̄oi īterſunt.B.ffo.115.cōce.252.¶Aduerte ꝙ iſte indulgen-
Collector. tie vt colligitur ex quadam bulla Eugenij.4.que habetur.b.fffo.137.conce. 578.ſunt in ſumma.Pro matutinis/⁊ vtriſq; veſperis dici feſti/⁊ miſſa:quadringenti dies.Pro reliquis horis:hoc eſt pro qualibet ipſaꝝ:cētū ſexaginta. Et in quibuſlibet octauaꝝ dieb⁹ pro ſingulis matutinaliū/miſſaꝝ/⁊ veſpero-
Proceſſiões rū:ducēti dies.Ac ꝑ reliq̄s horis octoginta dies.¶Itē ſequētib⁹ ꝓceſſiones/
Miſſas. ac miſſas deuote celebrātib⁹:tā in feſto/q̄ in octauaꝝ dieb⁹ ꝓ pace/ac trāq̄lli
Cōicare. tate eccl'ie/ac ſacramētū in feſto hm̄oi ſumētib⁹: ɔceduntˀ ducēti dies indulgētie. Et hoc vltra indulgētias ſupra poſitas:⁊ cōceſſas ꝑ cōciliū Baſilieſe.§.1.

3 Iulius.2.cōceſſit omnib⁹ xp̄i fidelib⁹ vere penitētibus ⁊ confeſſis:in
Particula- regno caſtelle cōſtitutis:qui ymaginē beate Marie virginis
ris ꝓ regnis et ei⁹ filij(quā moniales ordinis ſancte cōceptionis in ſcapulario: ⁊ homines
Caſtelle. in pectore deferre conſueuerūt)detulerint/⁊ nonies ſalutationē angelicā deuote recitauerint:ſimiles ⁊ prorſus eaſdē indulgētias conſequātur: quas cōſequerētur ⁊ cōſequi poſſent ſi decies ſalutationē angelicā in honorē decē virtutū eiuſdem beate Marie virginis recitarent.b.fffo.89.conce.254.
Collector. ¶Aduerte ꝙ indulgētie de decē Aue maria tp̄e huius cōceſſionis erant decē milliū dierum:⁊ ideo de hm̄oi intellexit hic papa: ⁊ non de alia cōceſſione decem millium annorū quā fecit poſtea Leo.10.prout aliqui ⁊ male intelligūt. ¶Aduertendum eſt etiam ꝙ ad lucrandum prefatas indulgentias non oportet recipere ab aliquo inſignia/nec illa deferre ſicut pro lucrandis indulgētijs de decem Aue maria:licet aliqui aliter opinentur.

4 Leo.concesſit ꝙ viri deferētes ymaginem cōceptionis beate virginis/et mulieres ſcapulariū eiuſdē ordinis cum predicta ymagine:eaſdem gratias obtineāt ⁊ cōſequātur quas cōſequūtur ⁊ cōſequi poſſunt deferentes cordā fratrum minorum/⁊ corrigiam ſancti Auguſtini.O.fffo.61.conce.188.

5 ¶IDEM leo cōceſſit intuitu immaculate cōceptionis beate virginis non-
Indulgentie nullas alias indulgētias/⁊ magnas valde.Sed q2 iſte ſunt pro fratribus mi.
plenarie. et monialibus et alijs religioſis qui eorum priuilegijs gaudent: et non pro ſecularibus:ideo non ponuntur hic.Habentur tamen ſupra in dictione Indulgentie plenarie quo ad fratres.§.18.et.19.

## ¶Indulgētie quedā etiā pro ſecularibus

obtente a quibuſdam fratribus minoribus. 8.

**Sixtus.** 3. cōceſſit plenariā indulgētiā ꝓ prīb⁹/ ꝛ mrīb⁹ oīm fratrū mi. pſentiū/ ꝛ futuroꝝ: etiā defuncto rū ī purgatorio exiſtētib⁹. o. ffo. 65. ꝯce. 90. Et ffo. 101. ꝯce. 397. 1 Pro parētibus fratrū.

¶ Aduertēdū eſt: ꝙ poſt cōceſſionē ſupraſcriptā: poſita ſunt ibi: de imediate ſequētia verbā. Et ſic quilibet pater ꝛ mater fratris mi. pot in articulo mortis eligere confeſſorē idoneū qui eū abſoluat plenarie a culpa ꝛ pena de oīb⁹ peccatis ſuis. hec ibi ad litterā. Circa que quidē oportet aduertere ꝙ vt ptꝫ ex tenore ipſoꝝ: nō fuerūt/ nec ſunt ꝟba de corpe ꝯceſſioīs/ ſed poti⁹ bene intuēti apparebit ꝙ ſint addita velut gloſa declaratiua ab aliquo fratre modicū ſciēti. Si eīm pdicta clauſula eſſet de corpore cōceſſiōis: nō diceret in principio ei⁹. Et ſic ꝛc. ſed vt ſic ꝛc. poſſit ꝛc. Qđ aūt ꝙ pfatā clauſulā addidit fuerit indoct⁹: ptꝫ ex hoc qꝛ pro eodē ſumpſit indulgētiā plenariā/ ꝛ abſolutionē plenariā a pena ꝛ culpa: que tñ ſunt valde diuerſa. Nam indulgētia plenaria ſm doctores ſolūmodo refert ad penā/ ꝛ nō ad culpā. Eſt eīm indulgentia: quedā remiſſio pene debite pro pctō poſt cōtritionē habitā de ipſo: vt colligitur extra de peni. et remiſ. c. Quod aūt. Uel indulgētia eſt pene relaxatio: quā quis iuſte pro culpis proprijs facere debuiſſet: de theſauro eccleſie ad diuinam iuſticiam per ſoluendam ſumpta. Collector. Nota.

**Sixtus.** 4. vniuerſis ꝛ ſingulis xpifidelibus dicētib⁹ qualibet die ad honorē dei/ ꝛ beatiſſime virginis Marie toties angelicā ſalutationē quot ſunt ps. in pſalterio Dauitico: videlicet centies/ ꝛ quinquageſies: preponēdo orationē dñicā ſingulis decē ſalutationibus angelicis: cōceſſit pro qualibet vice qua ſicut dictū eſt orauerint: ꝓ qualibet quinquagena predictarū: quinꝙ annos/ ꝛ totidē quadragenas indulgētie. B. ffo. 135. cōce. 299. 2 Pro recitātib⁹ pſalteriū/ ſeu roſarium b. virginis.

¶ Aduerte ꝙ ſupraſcripta indulgētia pſalterij btē virginis eſt eademet quā fres ordinis predicatoꝝ publicāt: ꝛ de qua faciūt confraternitatē ſub nomine roſarij eiuſdē beate virginis. Attamē vt patet ex litteris Sixti/ nō fuit cōceſſa ad inſtātiā huiōi fratrū: ſed ducis ꝛ duciſe Britanie qui īpetrauerūt hāc īdulgētiā ꝓ omnib⁹ fidelib⁹. Nec opꝫ ad lucrādū prefatā indulgētiam vt recipiat quis in confraternitate ſupra nominata roſarij: prout aliqui opinātur. Collector. Nota.

**Alexander** 6. conceſſit dicētibus coronā virginis cum genuflexionibus cōſuetis: illas indulgētias quas habent dicentes orationes pietatis: cū oratione dñica/ ꝛ Salue regina. o. ffo. 99. cōce. 372. 3

**Leo.** 10. ad inſtātiā cuiuſdā fratris mi. inouauit indulgentiā verſuū qui dici ſolent corā ymagine pietatis: quā indulgētiā populorum fides tenet a ſancto Gregorio fuiſſe cōceſſam. Et caſu quo nō eſſet: illā de nouo cōceſſit. Addidit etiā ſequētē verſum. O dñe Jeſu xpe adoro te ad iudiciū ꝑgredientem: iuſtos ad paradiſum vocantem/ peccatoreſꝙ dānantem: deprecor te vt tua paſſio liberet nos ab illis penis Amen. o. ffo. 91. conce. 264. 4 De verſibus ſcti Gregorij

¶ Aduerte ꝙ in hac cōceſſione non fuit expreſſum: quāta ſit huiōi indulgētia: nec additū eſt aliquid a prefato Leone: ꝑut aliqui falſo publicant ꝛ aſſerunt: ſed ſolū cōceſſit de nouo quicquid erat cōceſſum ſine vlteriori explicatione. Et ego qui hec collegi: ſcio ita eſſe: quia vidi ꝛ legi conceſſionem predictam in regiſtro quod habetur Rome in ſacro conuentu de Araceli. Collector.

¶ IDEM leo ad inſtātiā cuiuſdā frīs mi. cōceſſit ꝙ oēs tā fratreſꝙ ſeclares 5

Pro exiſtēti bus in pecca to mortali. dicentes.15. Pater noſter cum totidem Aue maria pro exiſtētibus in peccato mortali: in qualibet vice conſequantur remiſſionem tertie partis ſuorum peccatorum: quia hoc eſt opus maxime charitatis.o.ffo.94.conce.300.

Collector. ¶ Aduerte inſup ꝙ quidā frater ordi.mi.impetrauit a Sixto.4.vt qui vadūt ſimpliciter ad lucrādas indulgentias ſuſpēſas: credētes illas eſſe plenarias: ꝗuis eſſent ſuſpēſe: nō ſint excoicati: ſed ſolū rectores ⁊ predicatores eoꝝ. Hoc habetur in quādam tabula antiqua priuilegiorum dicti ordinis per quēdam patrem cōmiſſarium Romanum copillatam.

# ¶ Indulgētie que cōcedi poſſūt ab aliquibus fratribus ſignatis ordinis mi. deuotis quibuſlibet perſonis.9.

Collector. ¶ Aduertēdū eſt ꝙ Leo.10.cuidā reuerēdo prī fratri Giliberto Nicolai/ al's de aue Maria nūcupato vulgariter: q̄ officiū gnālatus fratrū mi. citramontanoꝝ exercuit bina vice cōceſſit: vt ipe ⁊ alie pſone religioſe qb⁹ ipſe cōmitteret: poſſent cōcedere pſonis deuotis/ infra ſcriptas indulgētias.b.ffo.90.ꝯce. 263. Et ꝟtute hui⁹ auctoritatꝭ pfat⁹ reuerēdus pr̄ in caplo gnāli qđ tenuit Antuerpie.āno dn̄i.1514.cōicauit p̄dictā facltatē oib⁹ puīcialib⁹/⁊ cuſtodib⁹/ ac diſcretis q̄ ibidē aderāt: vt habeť ſub autētico.B.ffo.63.ꝯce 204.in fine.

1 De indulgētijs decē aue Maria. Prima cōceſſio fuit Julij ſcd̄i: quā referēs Leo.10.⁊ ampliās cōceſſit: vt pſone quecūq; quib⁹ decē inſignia recitādi aue Maria dederint prefati fratres ſignati: et q̄ inſignia hmōi detulerint/ ac ſingulis vicib⁹ decies ſalutationē angelicā in honorē gaudioꝝ/ ⁊ virtutū beate Marie recitauerint: non ſolū decē millia dierū: prout cōceſſerat prefatus Julius: ſed etiā decem millia annorum indulgentie valeāt promereri.B.ffo.63.cōce.204.

Collector. ¶ Aduertendum eſt ꝙ in quodā alio breui Leonis vbi fit mentio de predicta conceſſione dicitur: ꝙ prefacta decem aue Maria debēt dici ſemel in die: premittēdo vnum Pater noſter pro papa/ ⁊ felici ſtatu ſancte eccleſie. Et adduntur ibidem centum dies indulgentie.b.ffo.89.conce.256.

2 De indulgētijs corone.b. virginis. Secūda conceſſio fuit etiā predicti Julij.2.quā referens/ ⁊ ampilans Leo.10.cōceſſit: ꝙ ſingule pſone quib⁹ ſeptuaginta duo inſignia recitādi aue Maria dederint p̄dicti fratres ſignati: ⁊ q̄ illa īſignia dederint: ac.70.duab⁹ vicib⁹ ſalutationē angelicā in memoriā ſeptuaginta duoꝝ annoꝝ: quib⁹ ipſa virgo Maria in hoc ſeculo creditur vixiſſe deuote recitauerint: non ſolum.72.millia dierū: ꝓut prefatus Julius conceſſerat: ſed etiam centum annorum de vera indulgentia conſequatur.B.ffo.63.conce.204.

Collector. ¶ Aduertēdū eſt circa ꝯceſſiōes ſup̄dictas ꝙ leo.10.in quodā breui directo p̄fato reuerēdo prī frī Gilberto/ ſeu de aue Maria nūcupato: voluit ⁊ ordinauit: ꝙ hmōi grā nō paſſī: ſ; moderate/ ac pſonis ꝑuerētib⁹ ⁊ dignis tribuereť: ne p̄fata grā q̄ pie in ſalute aiaꝝ eſt ꝯceſſa: ꝓpter illi⁹ affluentiā/ ⁊ indifferētē (Nota.) conceſſionē: in interitū (qđ abſit) carūdē vergat animaꝝ.b.ffo.90 cōce.263.

3 De indulgē. 5. Pr̄ nr̄/ et toti. aue ma. Tertia cōceſſio eſt p̄dicti Leonis qua cōcedit: ꝙ pſone predicte dicēdo ſemel in die quinquies Pr̄ nr̄ cū totidē aue Maria in honorē quinq; plagaꝝ xp̄i: ⁊ quinq; p̄cipuoꝝ doloꝝ virginis Marie: cōſequanť ſimiliter indulgētiā que ſupra de decē aue Maria eſt cōceſſa.b.ffo.89.cōce.258.

Collector. ¶ Ultra prefatas cōceſſiones indulgētiaꝝ in litteris aplicis ſupius allegatis cōtētas: ſunt nōnulle alie indulgētie obtēte a p̄dicto reuerēdo prē frē Gilber

to: al's de aue Maria nūcupato: quas indulgētias poſſunt cōcedere quibuſli
bet deuotis ſclarib9 illi fratres q̄ habuerint ei9 vices quo ad hoc. Iſtas aūt in-
dulgētias ego q̄ hāc collectionē feci: vidi ſubſcriptas manu ꝓpria p̄dicti reue-
rēdi p̄ris: in quadā cedula cōmiſſiōis quā fecit cuidā fratri ſubſequētib9 ṽbis.
Ego frater. B. maria: nō ſolū cōcedo tibi fratri. N. infraſcriptas indulgētias
pro te: verū etiā facultatē tibi impartior: vt ꝛ tu alijs ꝑſonis deuotis vtriuſq̄
ſexus eaſdē cōferre valeas. In cui9 cōceſſionis fidē teſtimoniū: p̄ſentes ſigno
meo/ac ſigillo feci muniri: hac. 26. Junij. 1523. ¶ In prefata autē cōmiſſione:
erant prius poſite conceſſiones ſupra ſcripte/ac ſuperaddite que ſequūtur.
¶ Dicētib9 duodecim aue Maria: p̄mittēdo vnū Pr̄ nr̄ in honorē duodecim 4
excellentiarū virginis Marie: date ſunt indulgētie duodecim mille annoꝝ.
¶ Dicentibus vnū Aue maria qñ audiūt pulſum ad horas canonicas: qui fit 5
ſepties in die: dantur ſeptem millia dierum indulgentie.
¶ Dicētib9 ꝓ q̄libet hora diei naturalis: vnū aue maria: dant̄ mille dies īdul- 6
gētie. Et ſūt in ſumma ꝓ oib9. 24. horis diei/ꝛ noctis. 24. millia dieꝝ indulgētie.
¶ Aduertēdū eſt tñ circa iſtas tres vltimas ꝯceſſiones indulgē. ꝙ nō p̄ūt illas Collector.
s ꝯcedere q̄buſlibet ꝑſonis niſi illi f̄res q̄b9 p̄fat9. R̄. p̄r (poſtq̄ illas obtinuit)
ſpecial'r ꝯmiſit/vl' cōmiſerit. Fuerūt aūt obtēte hmōi īdulgētie poſt capl'z gnā
le ſupra noīatum: vbi oib9 ꝓuincialib9 ꝛ vocalib9 qui ibi aderāt cōmiſit facul
tatē quā tūc habebat. Et ideo p̄fati p̄res non poterūt virtute illi9 cōmiſſionis
cōcedere aliquib9 predictas tres vltimas cōceſſiones. Nec etiā poterūt hoc fa
cere illi qui poſt impetrationē illaꝝ non habuerūt cōmiſſionē plenariā quo ad
hec: a prefato p̄re reuerēdo de aue maria. Et multominus hoc poterūt: qui ha-
bent illius cōmiſſionem preciſe quo ad indulgētias de decem Aue maria.
¶ Aduertēdū eſt inſuꝑ ꝓ ꝯcluſiōe materie iſtaꝝ indulgētiaꝝ: ꝙ ſolū ꝓ duab9 Collector.
primis ꝯceſſionib9. ſ. de decē Aue maria/ꝛ de. 72. req̄rit̄ receptio inſignaꝝ ab
habēte auctoritatē: ꝛ delatio illaꝝ: put in p̄dictis ꝯceſſiōib9 exp̄ſſe ꝯtinet̄. Nō
tñ eſt neceſſaria aliqua bñdictio inſigniaꝝ hmōi: q2 in l'ris ap'licis ſupi9 allega Nota.
tis nō fit de hoc aliqua mētio: q̄uis ſit bona cerimonia. Debet tñ circa p̄dictas
duas cōceſſiones ſtricte obſuari id qd̄ Leo. 10. ſtatuit ꝛ p̄cepit. ſ. ꝙ nō paſſim
et indifferēter: ſ3 moderate/ac ꝑſonis dignis tribuant̄: vt habet̄ ſuꝑ poſt ſcdaz
cōceſſionē. Pro reliq̄s ṽo cōceſſiōib9: nō op3 ꝙ ꝯcedēs det aliq̄ inſignia/nec ꝙ
ab his quibus ꝯcedunt̄ deferant̄: ſ3 aliter nōnulli abſq̄ fundamēto arbitrati
ſunt. Et hec de indulgētijs que in priuilegijs fratrū continent̄ dixiſſe ſit ſatis.

## ¶ Infirmi fratres.

¶ Quāuis oēs cōceſſiōes q̄ reſpectu f̄rm īfirmātiū fcē repiunt̄: ſub varijs di- Collector.
ctiōib9 hui9 cōpēdij (velut ī ſuis ꝓprijs locis ponant̄) tñ ne hmōi f̄res grauēt̄ ī
q̄rēdis q̄ ad ipos attinēt: viſū ē ponere hic oīa illa ſimul adunata: ꝓut ſequūt̄
MArtinus. 5. Eugeni9. 4. Nicolaus. 5. Calixtus. 3. Pius. 2. 1
ac Sixtus. 4. cōceſſerūt oib9 fratrib9 mi. de ob- Indulgētia
ſer. indulgētiam plenariā in articulo mortis. Et ꝙ ſi occurrerit ca- plenaria.
ſus ꝙ non poſſint cōfiteri: etiā tūc cōſequātur predictā indulgen-
tiam: ſi ſunt in ſtatu gratie. b. ffo. 71. conce. 185.
Sixtus. 4. cōceſſit ꝙ fra. mi. nō potētes ieiunare bono mō ꝓpter infir- 2
mitatē/vel debilitatē nō teneant̄. o. fo. 62. Et ffo. 66. ꝯce. 99. Ieiunium.

3 Innocentius. 8.cõceſſit vt fratres ĩfirmi in ſuis infirmarijs/ ⁊ cellis: ⁊ etiã lectulis (quãdo cõmode aliter dicere non
Stationes. poſſunt) valeãt promereri indulgẽtias ſtationũ/ et alias nobis cõceſſas in noſtris eccl'ijs: dicẽdo quinquies Pater noſter/ ⁊ Aue maria pro intẽtione/ ⁊ pro-
Indulgẽtie. poſito illius indulgẽtie.o.fo.65.Et ffo.69.cõce.160.Et fffo.100.conce.390.
4 ¶ IDEM innocentius fecit quãdam cõceſſionem pro monialibus infirmis
Pro monia. que habetur infra in dictione Ingredi monaſteria monialium.§.19.
5 Leo. 10.cõceſſit ꝙ fratres infirmi/ac ſenes in decrepita etate conſtituti:
Indulgentie poſſint lucrari indulgentias cõceſſas dicẽtibus coronas dñi noſtri
coronarũ. Jeſu chriſti/ ⁊ matris ſue: dicẽdo vnũ pſalmũ/vel hymnũ beate virginis/ aut dñi noſtri: quia tales non ſemper poſſunt dicere tot.D.fffo.60.conce.181.
6 ¶ IDEM leo quia fuit ſibi expoſitum ꝙ aliqui fratres ſcrupuloſi (qñ ſunt infirmi) fere nũꝙ poſſunt / nec ſciũt ſe determinare qñ licite poſſunt dimittere dicere horas canonicas cõceſſit: ꝙ ſiue ꝓpter febrẽ/ aut dolorem intẽſum/vel
Officium di aliam infirmitatẽ fratres fuerint grauati: ſatiſfaciãt dicẽdo pro horis canoni-
uinum. cis.ps.hymnos. Pater noſter. Aue maria/vel alia iudicio prelati/ſeu preſidẽtis loci/aut cõuentus aſſignãda. Et hoc qñ medicus corporalis (ſi cõmode potuerit haberi) dixerit eſſe nociuum infirmo.D.fffo.59.conce.171.
7 ¶ IDEM leo fecit aliã cõceſſionem pertinentẽ ad moniales infirmas: que
Pro monia ponitur infr ain dictione Ingredi monaſteria monialium.§.vltimo.
libꝫ infirmis

# Ingredi monaſteria monialium.

Collector.

¶ Diſtinctio materie infra ſcripte.

¶ Circa materiã inferiꝰ annotatã eſt aduertẽdũ ꝙ ĩ ea cõtinent̃ tria diuerſa. ¶ Primũ attinet ad ꝓhibitionẽ ĩgreſſus monaſterioꝝ monialiũ. Et de hoc habet̃ in oibꝰ.§.vbi in margine poſita eſt hec dictio Prohibitio. ¶ Alterũ pertinet ad licentiã requiſitã pro huiõi ingreſſu. De hoc aũt reperiet̃ vbicũꝙ infra ponit̃ in marginibus hec dictio Licẽtia. ¶ Reliquũ cõcernit abſolutionẽ cenſurarũ incurſaꝝ ꝓpter ingreſſum prefatũ abſqꝫ debita licẽtia. Iſtud vero cõtinet̃ infra.§.16.et.17.Et in dictione Abſolutio quo ad ſclares.2.in.§.8.et.9.

1 Gregorius. 9.in declaratiõe regule fra.mi.ſup illud: pcipio firmiter fratribꝰ vniuerſis: ne igrediant̃
Prohibitio monaſteria monacharũ: ꝓter ⁊c.declarauit hoc gñaliter eſſe ꝓhi-
pro fratribꝰ. bitũ de quarũlibet cenobijs monialiũ: cũ regl'a nullũ excipiat. Et nomine monaſterij voluit clauſtrũ/ domꝰ/ ⁊ officinas interiores intelligi.b.fo.11.tracta.3.Et ffo.2.tractatu.2.
2 ¶ IDEM gregorius.9.decreuit: vt ab vniuerſis ⁊ ſingulis xp̄ifidelibus in-
Prohibitio uiolabiliter obſeruetur ne monaſteria ſancte Clare intrẽt niſi in caſibus ex-
pro omnibꝰ preſſis in earum regula. Et ꝙ qui contrariũ preſumpſerint: excõmunicationis
chriſtianis. ſententiam incurrant.B.fo.48.Et ffo.132.cõce.296.
3 ¶ IDEM gregorius.9.cõceſſit: vt fratres mi.deputati obſequijs monaſte-
Licẽtia pro rioꝝ monialiũ ſcte Clare habeãt liberã ingrediẽdi facultatẽ pro exercẽdo mo-
fratribus. naſterioꝝ ipſoꝝ ope/vel illis cõſeruãdis ab incẽdio/ſeu a latronibus defendẽdis/aut cõfeſſor ipſaꝝ cũ fratre clerico maturo moribꝰ/ ⁊ etate ꝓ audiẽdis cõfeſſoribꝰ eaꝝ: ⁊ extrema vnctione/ ⁊ alijs ſacramẽtis eccl'iaſticis exhibẽdis eiſdẽ (infirmitate cogente) ac pro ſepeliendis corporibus decedẽtium ſororum:

ſm formam que in ipſarum regula cōtinetur. B.fo.48.Et.ffo.131.côce.295.

**Innocentius.** 4.in declaratione prefate regule fratrum mi.expo nēdo verba predicta dicit. Ingreſſum in monaſte ria tantūmodo monialium incluſaꝝ ordinis ſancti Damiani/ſeu ſancte Clare probibitū fore fratribus:ad que nemini licet ingredi: niſi ei a ſede apoſtolica facultas ſuper hoc ſpecialiter tribuatur.Et nomine monaſterij:clauſtrū/do mos:⁊ officinas interiores voluit cōprehendi.Ad aliarum vero cenobia mo nialium dicit ꝙ poſſunt ſicut ⁊ alij religioſi ad predicandum/ſeu petendum elemoſinam/aut pro alijs honeſtis ⁊ rationabilius cauſis accedere ac intra re:quibus a ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſ ſum.B.fo.3.Et.b.ffo.4.tractatu.2. 4 Prohibitio ꝑ fratribus. Licentia pro fratribus.

Aduerte ⁊ caue ne vtaris huiuſmodi conceſſione: quia paruum poſtea fuit reuocata:vt patet infra.§.7. Collector.

**Alexander.** 4.in declaratiõe quam fecit ſuper prefatam regulam fratrum mi.poſuit ad litterā clauſulā immediate pre cedentem cōceſſionis ſeu declarationis Innocentij.4.Et habetur vbi ſupra ffo.5.tracta.2.Attamen caue ne vtaris ipſa: quia reuocata eſt vt infra po nitur.§.7. 5 Collector.

**Urbanus.** 4.in regula quam fecit pro monialibus ſancte Clare ſta tuit multa circa hmôi ingreſſum:rubrica.18.dicens ſic. De ingreſſu perſonaꝝ in monaſterium firmiter ac diſtricte precipimus: vt nul la vnꝗ abbatiſſa/vel eius ſorores aliquam perſonam religioſaꝫ/ſeu ſecularē aut cuiuſlibet dignitatis:in monaſterij clauſuram intrinſecam intrare permit tant. Nec omnino alicui liceat niſi quibus cōceſſum a ſede apoſtolica fuerit: vel a cardinali cui fuerit ſororum ordo cōmiſſus. Excipiuntur autē a dicta ingrediendi lege:medicus cauſa multū grauis infirmitatis:⁊ minutor/cum ne ceſſitas exegerit:qui non abſqꝫ duobus ſocijs de familia monaſterij introdu cantur.nec abinuicem infra monaſteriū ſeparentur. Necnō et illi quos occa ſione incendij/vel ruine/ſeu alterius periculi/vel diſpendij/ſeu pro tuendis a violentia quorūlibet monaſteriū vel perſonas:aut pro aliquo opere exercen do quod cōmode extra monaſteriū fieri non poteſt:neceſſitas exegerit introire. Qui omnes expedito ſuo miniſterio:vel imminenti neceſſitati per ipſos ſatiſ facto: exeant ſine mora. Nulli autē perſone extranee intra monaſterij clauſu ram liceat comedere/vel dormire. Sed ⁊ ſi quis de ſancte eccleſie cardina libus ad aliquod monaſteriū hmôi religionis aliqñ venerit: ⁊ intra clauſtrū voluerit ingredi:cum reuerētia quidem ⁊ deuotione ſuſcipiatur: ſed rogetur vt cū paucis ſocijs debeat introire. Liceat quoqꝫ generali miniſtro ordinis fratrū mi.quādo ibidem voluerit celebrare:vel proponere ſororib⁹ verbū dei cum quattuor vel quinqꝫ fratribus ipſius ordinis intra clauſurā ingredi mo naſterij:ſi quādo ei videbitur expedire. Alius autē prelatus (cui aliqñ for te de licētia ſedis apoſtolice/vel dicti cardinalis intrare licuerit) duobus vel tribus tantū religioſis ⁊ honeſtis ſocijs ſit cōtentus. Qđ ſi forte pro cōſecra tione/vel benedictione ſoroꝝ/vel in alio modo cōceſſum fuerit epō alicui miſ ſam interius celebrare aliqñ:ꝗ paucioribus ⁊ honeſtiorib⁹ poterit ſocijs ſit contētus ⁊ miniſtris. Et hoc quoqꝫ ipſiꝫ alicui rarius concedatur. Nulla tamē omnino loquatur cū aliqua perſona de ingreſſis:niſi modo predicto:ſiue 6 Prohibitio generalis. Licentia. Casus in quibus poteſt ingredi ad monaſteria monialium. Pro cardinalibus. Pro generali miniſtro. Pro prelatis inferioribus Pro epis.

infirma fuerit/ſiue ſana. ❡ Illud ſane precipuū caueatur: vt ij quibus aliq̄ꝰ conceſſum fuerit ſolūmodo: vel data licentia in monaſterium ingredi: non aliter admittātur: niſi abbatiſſe et ſororibus viſum fuerit expedire, cum ex huiuſmodi cōceſſionibus/vel licentijs: abbatiſſa/ vel ſorores eos admittere non cogātur: ⁊ vt ſint tales de quorum verbis/ et moribus/ necnō vita/ et habitu edificari valeant intuentes: ⁊ materia iuſti ſcandali exinde nequeat generari.

Licentia. ❡ Super conceſſione vero/vel licentia ingreſſus hmōi: ad omne ambiguum remouendum: apoſtolici apices/vel cardinalis patentes littere oſtendantur b.fo.288.tracta.3.Et.ffo.317.rubrica.18.tracta.2.

7 Pro monialibus īfirmis ❡ IDEM Urbanus ſtatuit: vt quādo aliqua ſoror/ſeu monialis.s.Clare tanta fuerit corporis infirmitate detenta ꝙ ad locutorium cōmode venire non poſſit: et neceſſitatem habuerit cōfiteri/vel dn̄ici corporis/ſeu alia recipere ſacramenta: exhibiturus hmōi ſacramenta.ſ.cōfeſſor/aut prelatus/alba/⁊ ſtolla/et manipulo/cū duobus idoneis/⁊ religioſis socijs: vel vno ad minus alba: vel ſaltem ſuper pellicio veſtitis ingrediantur: ac morentur induti: ⁊ audita cōfeſſione/vel alio tradito ſacramento: ſicut ingreſſi fuerint ſic egrediantur induti. Nec moram ibi faciant longiorem. Caueant etiam vt q̄diu intra monaſterium fuerint/nullatenus abinuicem ſeparētur: quin ſemper mutuo poſſint libere ſe videre. Sic quoq; ſe habeāt in anime cōmēdatione.

Licētia īgrediēdi pro cōfeſſore.

❡ Statuit ſimiliter ꝙ ad exequias circa ſepulturam agēdas / ſacerdos non ingrediatur clauſtruʒ: ſed exterius in capella quod ad officium pertinet exequatur: niſi forte abbatiſſe et conuentui viſum fuerit ꝙ ad exequias debeat introire. Et tunc modo ſupradicto cū ſocijs intret indutꝰ: ⁊ ſepulta mortua: cum eis exeat ſine mora. Uoluit etiā ꝙ ſi neceſſe fuerit vt ingrediātur aliqui ad fodiēdā vel aperiendā ſepulturā/ſeu poſtmodū coaptandā: ⁊ abbatiſſe ⁊ cōuentui viſum fuerit hoc expediens propter imbecilitatem ſororꝝ: ſit ſacerdoti/vel alicui alij ad hoc idoneo/⁊ honeſto: cum vno ſocio/vel duobus licitum introire. b.fo. 285. in tractatu.3.Et.ffo.295.tractatu.2.

pro exequijs agendis.

8 Prohibitio ꝓ fratribus. **Nicolaus.** 3. in ſua declaratione ſolēni incipiente Exijt qui ſeminat exponēdo predictū paſſum regule fratrū mi. declarauit ſicut Gregorius.9. generaliter eſſe prohibitū de quarūlibet cenobijs monialiū Et noīe monaſterij: clauſtrū: domos/⁊ officinas interiores intelligi. Ac decreuit vt in predicto articulo: ⁊ in alijs quos cōſtitutio/ſeu declaratio ſua cōtinet quamq̄ aliqui predeceſſores ſui aliter declarauerunt: declarationē ſeu ordinationem ſuam tantum a fratribus mi. preciſe / ac inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruandam. B.fo.10.Et.ffo.11.in tractatu.2.

9 Licentia pro fratribus. **Bonifacius.** 8. cōceſſit ꝙ fratres mi. inuitati a prelatis eccliaſticis poſſint vna cū ipſis in ſuis dioceſibꝰ monaſteria ⁊ loca monialiū cuiuſlibet ordinis libere ingredi ad viſitatiōis officiū impēdēdū: et ad defunctorꝝ celebrādas exequias: ⁊ ad ꝓceſſiones gn̄ales: ⁊ predicatiōes faciendas/ac confeſſiones infirmarꝝ audiendas. b.fo.36.Et.ffo.33.conce.36.

Collector. ❡ Circa prefatā cōceſſionē vide etiā cōceſſionē Leonis q̄ habet infra in.§.26.

10 Prohibitio et licētia pro omnibꝰ chriſtianis. **Martinus.** 5. decreuit ꝙ nulli oīno hoīm: tam regulariū q̄ ſecularium: cuiuſcūq; gradus/preeminētie/dignitatis/excellētie/nobilitatis ⁊ cōditionis fuerit (exceptis illis de q̄bus in regula.s. Clare p Urbanū editā/et in cōſtitutionibꝰ Bn̄dicti.11. fit mētio) pretextu cuiuſlibet

licentie ſibi deſup quauiſ auctoritate cōceſſe: liceat monaſteria ſoroꝝ ⁊ monia
liū.s.Clare: ſeu aliquod ex eis ingredi. Nec etiā protectori/aut generali mini **Nota.**
ſtro ordinis mi.pro tēpore exiſtētibus: ſeu prouincialibꝰ miniſtris/⁊ q̇buſcūq̃
viſitatoribus: licētiā ſup ingreſſu huiōi (incōſulto romano pōtifice) cōcedere
liceat quoquomō.b.fo.38.Et.ffo,36.ꝯcc.41. ¶ Aduerte ꝙ in vltima clauſula **Collector.**
precedēti vult dicere Martinus: ꝙ licet in regula.s.Clare vrbaniſtaꝝ cōceſ
ſum eſſet ꝙ protector ordinis poſſet dare licentiā intrādi monaſteria predicte
s.Clare alijs a fratribꝰ: tū ꝙ de cetero nec protector/nec gñalis miniſter: nec **De protecto-**
multominꝰ prouīciales ⁊ viſitatores: poſſint dare licētiā intrādi predicta mo **re ordinis.**
naſteria alicui pſone cuiuſcūq̃ dignitatis fuerit/ ſine licētia ſedis apoſtolice.
¶ Vide circa hoc in dictione Miniſtri prouinciales.§.7.et in dictione Pro
tector ordinis.§.6.

Eugenius. 4.precepit oībus ⁊ ſingulis tā clericis q̄ religioſis: ⁊ ſe 11
cularibus pſonis cuiuſcūq̃ cōditionis/gradus/preemi **Prohibitio**
nentie/vel dignitatis exiſtant: ſub pena excōis quā tranſgredientes ipſo facto **pro omnibꝰ**
incurrant: ⁊ a qua niſi a romano pōtifice poſſint abſolui: preterq̄ in articulo **chriſtianis.**
mortis conſtituti: quatenus monaſteria ſancte Clare/ nec aliquod ipſorum in **Excōicatio.**
gredi preſumant: preter formam regule ipſarum: ⁊ prouiſionum apoſtolicaꝝ:
ſuper hoc ſpecialiter editarum.b.fo.42.Et.ffo.39.conce.44.

¶ IDEM Eugenius: vt difficilius pateret ingreſſus ad monaſteria monia 12
liū ſtatuit: ꝙ ſicut abbatiſſe/⁊ alie ſorores ad hoc deputate tenēt claues q̇bus **Clauſura.**
ad intra porte monaſterioꝝ predictoꝝ claudantur: ſic per cōfeſſores/aut alias
honeſtas perſonas: per gñales aut prouinciales deputandas: ex parte exterio
ri teneantur ⁊ conſeruentur.b.fo.42.Et.ffo.39.conce.44.

¶ IDEM Eugenius ordinauit: ꝙ in omnibus tertij ordinis ſororum ⁊ mo 13
nialium collegijs: fratres mi.in acceſſu ⁊ ingreſſu ſic ſe habeant.ſicut obſerua **Prohibitio**
tur in monaſterijs ſancte Clare.b.fo.46.Et.ffo.42.conce.47. **pro terciarijs**

¶ Circa huiuſmodi ſtatutum/ſeu ordinationem ſunt duo aduertenda ⁊ men **Collector.**
te tenenda: q: ob inaduertentiam/aut obliuionem ipſorum: aliqui fratres mi
nus recte quandoq̃ ſe habent. ¶ Primum eſt: ꝙ tertiarias nominat inſimul
ſorores et moniales: et hoc pro tanto dico eſſe ponderandum: quia aliqui
arbitrati ſunt huiuſmodi tertiarias non eſſe intelligendas nomine monialiū:
propter ꝙ in aliquibus partibus nominent eas bizochas: et in alijs beatas.
Cōtra quos tamen (vltra verba expreſſa ſupraposita) facit ſtillus curie cōmu
nis: qui non curans de rigore nominum: ſepe appellat indifferenter collegia
perſonarum religioſarum/monaſteria: licet non ſint monachorum/vel mona
charum proprie dictorum. Ac ſimiliter omnes feminas collegialiter viuentes
nominat frequenter moniales: q̄uis non ſint ordinum monachalium. Et hoc
idem patet ex regula ſancte Clare: vbi moniales ſepiſſime appellant̄ ſorores.
¶ Alterum aduertēdum eſt: ꝙ in ſupradicta conceſſione ſpecialiter loquitur
de fratribus mino.duntaxat: et non ſicut in precedenti de omnibus fidelibꝰ.
Ex quo ſequitur friuolam ⁊ nullius momenti fore rationem quam nonnulli
allegant: dicendo ꝙ ex quo in monaſterijs tertiariarum non incluſarum in-
trant perſone ſeculares: quare non poterunt ſimiliter intrare huiuſmodi fra-
tres? Et cui predicta nō ſuffecerint videat expoſitionem ſancti Bonauenture
ſuper hoc in declaratione quam fecit: qui ſtrictius circa hoc loquitur.

14 ¶ IDEM Eugenius cōceſſit ꝙ de licentia generalis aut prouincialiū mi-
Pro epis. niſtroꝝ poſſint epi intrare in monaſterijs monialiū cauſa cōſecrationis eccle-
ſie/vel altaris:aut pro benedicendo cemiteria/vel ſorores.

Collector. ¶ Supraſcriptā cōceſſionē reperi in quadā tabula priuilegioꝝ per quēdam
patrem cōmiſſarium Romanū ordinatam. Et ponit in fine. Eugeni⁹ in breui
quod incipit Cupientes Sed hoc breue non reperitur in libris impreſſis priui
legiorum hic allegatis.

15 **Nicolaus.** 5.cōceſſit omnibus et ſingulis mulieribus ſeruientibus
Licētia pro monialibus ſancte Clare: aut pro eis eleemoſinas que-
familiarib⁹ rentibus:vt quotieſcunqꝫ pro parte abbatiſſaꝝ requiſite fuerint:eaꝝ monaſte
monialium. ria (cum cōſilio diſcretaꝝ) intrare valeāt. Ac ꝙ aliquādo etiā in precipuis fe
ſtiuitatibus:pro ipſaꝝ cōſolatione:cum ipſis monialibus comedere poſſint:
licētia tñ prius ꝑ eas deſuꝑ a prouinciali obtēta.b.fo.49.Et.ffo.43.cōce.48.

16 **Sixtus.** 4.declarauit ꝙ mulieres ingredientes monaſteria ſancte Cla
Abſolutio. re:⁊ ſancti Dñici:nō teneant ire ad curiā romanā pro abſolu
tione ab excommunicatione:ſed eas poſſint abſoluere fratres mino. confeſſo
res:etiam ſi tales mulieres ingrederentur mala intētione,o.fo,62.Et.ffo.68.
conce,100.Et,fffo,96.conce,330.

17 ¶ IDEM Sixtus fecit aliam cōceſſionem latiorem ꝙ ſupraſcriptam imme
Abſolutio. diate que habetur in dictione Abſolutio quoad ſeculares,2,m,§.9.Uide ibi.

18 ¶ IDEM Sixtus conceſſit ꝙ ſeculares laborantes in monaſterijs ſancte
Licētia ꝓ la Clare/ ac aliarum monialium: poſſint ibi comedere in loco honeſto.o.fo,63.
boratoribus Et.ffo.67.conce.120.

19 ¶ IDEM Sixtus cōceſſit ꝙ ſorores ſancte Clare nō teneātur intromitte-
Licētia pro re aliquē de ſeruitoribus ſuis qñ medicus intrat clauſurā:ſed ſufficiat ꝙ a tri
medico. bus vel quattuor monialibus de antiquioribus aſſocietur,o,fo,63.Et.ffo,67.
conce,121.Et,fffo.96.conce,331.

20 **Innocētius.** 8.cōceſſit ꝙ cōfeſſores monialiū poſſint itrare mōaſte
Licētia pro ria illaꝝ tpe peſtis ad celebrādū miſſā: ⁊ audiēdū cō
cōfeſſoribus feſſiōes illaꝝ:q̄ ſeruiūt peſtilēciatis:qꝛ ſtāt ſepate ab alijs.o.fffo.99.cōc.365.
monialiū.s. **Alexander.** 6.cum cōceſſiſſet generali ⁊ prouincialib⁹ miniſtris et
clare. cuſtodibus vt de conſilio aliquorū fratrum poſſent de

21 putare monialibus/ſeu ſororibus tertij ordinis cōfeſſores preſbiteros ſecula-
Licētia ꝓ cō res/ſeu alioꝝ ordinū regulares:quibus cōfiteri/⁊ ab eis ſacramēta eccleſiaſti
feſſorib⁹ ter- ca recipere poſſent:ſtatuit vt cōfeſſores hmōi dictarū ſororum/clauſtra:ſeu in
tiariarum. teriores officinas:abſqꝫ alterius perſone bone vite et fame ſocietate: nullo-
modo debeant ingredi.B.ffo.123.conce.269.

22 ¶ IDEM Alexander.6.cōceſſit generali ⁊ prouincialib⁹ ordinis mi.de ob
Licētia pro ſeruantia/⁊ confeſſoribus per eos deputatis: vt monaſterioꝝ monialiū ſan-
prelatis ⁊ cō cte Clare que eoꝝ regimini immediate ſubijciūtur:pro adminiſtratione ſacra
feſſo.monia- mentoꝝ tēpore neceſſitatis:⁊ alijs rationabilibus cauſis interdū occurrenti-
liū.s.clare. bus:prout ẜm deum expedire viderint: clauſuras interiores ingredi poſſint.
Et voluit ꝙ tunc moniales predicte: portam maiorem aperire licite valeant.
B.fo.71.Et.ffo.155.conce.373.

Collector. ¶ Aduertendum eſt ꝙ huiuſmodi conceſſio non permanet iam in ſuo vigore:
quia Leo.10.circa illam ordinauit quod immediate ſequitur.

Leo. 10. prohibuit ſub eterne maledictionis interminatione: in virtute ſancte obedientie: ne quis frater cõfeſſor monialium ſancte Clare: aut aliquis alius frater cuiuſcũq₃ preeminentie / aut officij inter fratres mi. ſit: ad ipſas moniales: aut in ipſarũ monaſteria ingredi / vel intrare preſumat niſi in caſibus in eadẽ regula / ⁊ inſtitutionibus ipſius ordinis minoꝝ contentis: et quoad ipſoꝝ monaſterioꝝ ingreſſum editis. Nec etiã alie vtriuſq₃ ſexus ſeculares perſone: etiã pretextu cuiuſuis indulti: etiam cõfeſſionalium: predicta monaſteria ingredi valeant. B. ffſo. 17. cõce. 56. ¶ Et ſequitur poſt predicta in eodem breui: dirigendo verba ad prelatos. ſ. generales ⁊ prouinciales. Nec ipſi fratres ordinis veſtri ad tertiarias in cõgregatione viuentes: niſi de licentia ⁊ ſpeciali mãdato veſtro: intrare preſumant. Vos propterea monendo vt nõ paſſim ingreſſum huiuſmodi relaxetis: ſed in capitulis veſtris prouincialibus ⁊ generalibus prouide de ſimilibus ⁊ alijs ad obſeruantiam boneſtatis et continentie ſpectantibus ordinetis. 23 Prohibitio et licẽtia pro monaſte. s. Clare. Prohibitio pro terciarijs

¶ Circa prefata verba eſt valde aduertendũ: ne quis decipiatur ſicut decepti ſunt qui impetrauit predictum breue / et pontifex qui illud cõceſſit: credendo ac preſuponendo ꝙ ingreſſus ad monaſteria terciariaꝝ / nõ erat prohibitus. Poſita ſunt enim in relatione / ſeu ſupplicatiõe hmõi breuis (poſtꝙ dictũ fuerat de monialibus ſancte Clare) ſequentia verba. Et pariter ad tertiarias in cõgregatione viuentes: ad quas accedere licet prohibitum nõ ſit ⁊c. hoc enim preſupoſitum eſſe falſum / cõſtat tam ex regula ꝙ̃ ex declaratiõibus ipſius: preſertim ex determinatione Eugenij. 4. ſupra poſita. §. 13. Ac per cõſequens hoc breue eſt ſurrepticiũ et nulli⁹ valoris: quo ad cõceſſionẽ fundatã ſuper p̃ſatã relationẽ. Et ideo ĩdubie tenẽdũ eſt: ꝙ nulli fratres mi. etiã ſi ſint p̃lati: queũt magis ingredi monaſteria tertiariarum collegialiter viuentiũ: ꝙ̃uis nõ ſint incluſa: ꝙ̃ monaſteria ſancte Clare. Nec ſimiliter poſſunt prelati pro talib⁹ monaſterijs: alijs perſonis ad ingrediendũ licẽtiam cõcedere. Ac propterea illud quod in prefatis litteris Leonis dicitur ſcilꝫ ꝙ in capitulis generalibus ⁊ prouincialibus prouideatur de modo intrãdi ad tertiarias. ⁊c. nil penitus operatur: qꝛ fundatur ſup falſa relatiõe. ſ. ꝙ nõ ſit ꝓhibitus ingreſſus ad mõaſteria terciariaꝝ. ¶ Ad cõfirmationeꝫ predictoꝝ. ſ. ꝙ monaſteria terciariaꝝ debeãt iudicari ſicut ⁊ monaſteria. s. Clare: facit quodam ſtatutũ capituli generalis burgẽſis ſupra poſitũ in dictiõe Accedere ad monaſteria monialiũ prope finẽ. Collector.

¶ IDEM Leo declarauit moniales ſancte Clare ſub regimine fratrũ mi. de obſer. exiſtentes nõ teneri nec obligatas eſſe cõtra volũtatem ſuam ingreſſum ad ſua monaſteria prebere aliquibus mulieribus vigore facultatum apoſtolicarum predictis mulieribus per ipſum Leonem in cõfeſſionalibus ad ingrediẽdum prefata monaſteria cõceſſarum. Ac ſimiliter cõceſſit predictis monialibus: vt abſq₃ aliquaꝝ cenſuraꝝ / ſeu penaꝝ incurſu: ⁊ abſq₃ aliquo cõſciẽtiaꝝ ſuaꝝ ſcrupulo: eiſdem mulieribus (dum et quotiens oportunũ ⁊ expediẽs viſum fuerit) ingreſſum in eadem monaſteria licite denegare valeãt. Et inſuper hortatur moniales huiuſmodi: vt prefatis mulieribus ingrediendi predicta monaſteria cõſenſum: ꝙ̃ rarius / et parcius fieri poterit concedant. B. ffſo. 38. conceſſione. 124. 24 Licẽtia pro feminis ſecularibus.

¶ IDEM Leo predictam declarationẽ iterato fecit per eadem verba: addens ꝙ etiam vigore aliaꝝ facultatum ꝙ̃ in cõfeſſionalibus cõtentarum: non 25

Licētia ꝑ ſe teneantur moniales cōtra voluntatē ſuam ingreſſum prebere aliquibus mu-
minis ſecula lieribus in ſuis monaſterijs. Nō obſtantibus predictis facultatibus: tam cō-
ribus. ceſſis ꝙ̄ in poſterum cōcedendis: quas reuocauit: caſſauit ⁊ annullauit: ac re
uocatas/⁊ nullas eſſe decreuit. B. fffo. 39. conce. 125.

26 ¶ IDEM Leo cōceſſit ꝙ fratres mi. vocati/ rogati/ aut inuitati a prelatis
Licētia ꝑ oi eccleſiaꝝ/aut a prelatis religioſis: vel viſitatoribus habentib⁹ curā aliquorū
bus fribus. monaſterioꝝ monialium: ad hoc vt viſitent predicta monaſteria: vel exerceant
omnia alia que in monaſterijs ſibi ſubiectis exercent: aut ad hoc vt intrent cū
ipſis prelatis: ſiue viſitatoribus ad videndum officinas: ⁊ totum monaſteriū
Viſitatio. interius: poſſint ſicut poſſunt in monaſterijs ſibi ſubiectis: ſiue intra/ vel extra
clauſuram viſitando/ ⁊ alia faciendo: vel cum ipſis prelatis intrando. Non
obſtante prohibitione ſue regule: vel declarationem eiuſdem regule. Dum ta
men predicti fratres ſi fuerint ſubditi: hoc faciant de licentia ſuorum prelato
rum. O. fffo. 61. conce. 194.

27 ¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ prelati ordinis mi. poſſint dare licentiā ſuis ſub-
Licentia pro ditis intrādi clauſurā monaſterioꝝ. s. clare ad faciendū ſermonē de kalēda:
ꝑdicatorib⁹. dumtamen intrantes ſint ſenes/⁊ vite exemplaris. O. fffo. 62. conce. 195.

28 ¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ quādo moniales ſancte Clare grauiter infirmā-
Licētia ꝑ ꝑ- tur taliter ꝙ non poſſunt ad cratem venire ad audiendum miſſam: poſſit illo
latis ⁊ cōfeſſ. tēpore ſacerdos cōfeſſor eaꝝ: vel prelatus ſuperior: introire clauſuram/ infir-
monialiū. s. mariam/⁊ monaſteriū ad celebrandū: ne tales moniales remaneāt ſine miſſa.
clare. Dummodo ſacerdos ad nulla alia loca ꝙ̄ ad altare diuertat: nec moretur ni-
Pro monia ſi tanto tempore ꝙ̄to indiget ad celebrandum: nec loquatur / niſi quantum
li. infirmis. eſt opus in miſſa. O. fffo. 93. conce. 290.

# Inquiſitores heretice prauitatis.

¶ Diſtinctio materie inferius annotate.

Collector. ¶ Circa materiam inquiſitorum heretice prauitatis habentur in priuilegijs fratrū mi. ⁊ alioꝝ mendicantiū ea que inferius annotātur. ¶ Primo ponitur auctoritas generalis miniſtri ſuper fratres qui fuerint inquiſitores: ac etiam ſuper alios fratres in hoc caſu. Iſtud autē cōtinetur in. §. 1. et. 2. ¶ Secundo ponitur exemptio omnimoda/a quibuſlibet inquiſitoribus: ⁊ preſertim ne fratres mino. cum fuerint inquiſitores procedant contra predicatores: nec econtra. Hoc continetur in. §. 3. et. 4. et. 6. et. 7. et. 8.

1 Generalis miniſter. CLemens. 4. conceſſit generali fratrum minoꝝ. vt fratres eiuſdem ordinis: qui ad inquirendum contra hereticam prauitatem: ſeu ad alia huiuſmodi negocia fuerint a ſede apoſtolica deputati: poſſit libere ⁊ licite remouere/ſeu reuocare/et penitus transferre: ac eis vt ſuperſedeāt iniungere: alioſq₃ ſubſtituere ſi expedire viderit: et in eos ſi contra venerint cenſuram eccleſiaſticam exercere. Ac etiam ꝙ quilibet miniſter prouincialis/ vel eius vicarius eiuſdem ordinis poſſit idipſum facere in ſua prouincia circa fratres ſuos: quibus ab eadem ſede ſimiliter contigerit committi. Non obſtantibus aliquibus litteris/vel indulgentijs apoſtolicis impetratis / vel impoſterum impetrandis: que de hoc non fecerint mentionem. B. folio. 57. Et. fffo. 141. conceſſione. 326.

Prouīciales miniſtri.

**Sixtus.** 4. conceſſit ꝙ generales ordinum predicatorum ⁊ minorum 2
poſſint examinare geſta per fratres inquiſitores ſuorum ordinum: ⁊ querellas contra illos propoſitas audire: ac ſuper illis (ꝙ̄tum eis iuſtum ⁊ equum videbitur) ſtatuere ⁊ ordinare: ⁊ ſi eos in aliquo deliquiſſe inuenerint: illos iuxta exceſſuum exigentiam etiam per eorum ab officio amotionem: ac alias corrigere ⁊ punire. Dictoſq; inquiſitores: ſm̄ quod equum et iuſtum aut neceſſariū videbitur (non tamē in vna eadēq; dioceſi) multiplicare: libere et licite valeant. B. fo. 66. Et. ffo. 149. conce. 366.

Pro fratribus p̄dica. et minoribus.

¶ IDEM Sixtus ſtatuit vt fratres inquiſitores ordinis predicatoꝝ in fratres ordinis mi. et ecōtra fratres inquiſitores ordinis mi. in fratres ordinis predicatorū quoſcūq;: officio inquiſitiōis huiuſmodi fungi: illudq; exercere nulla tenꝰ poſſint abſq; ſedis apoſtolice licentia ſpeciali: de preſentibus litteris expecificam et expreſſam faciēte mentionem. B. fo. 66. Et. ffo. 149. conce. 366. 3

Pro fratribus p̄dica. et minoribus.

¶ IDEM Sixtus omnes fratres ordinis Carmelitarum: ab omni iuriſdictione/ dn̄io/ ⁊ poteſtate inquiſitoꝝ heretice prauitatis prorſus et omnimodo exemit: ac perpetuo liberauit. Ita ꝙ huiōi inquiſitores: etiam ſi ſint ordinum mendicantiū: quauis occaſione vel cauſa cōtra perſonas dicti ordinis nullatenus inquirere/ procedere/ aut iuriſdictionē aliquam in eoſdem exercere quoquomodo valeant: ſub excommunicationis late ſententie pena quam quilibet contra faciens eo ipſo incurrāt. Et voluit ꝙ ſolum teneantur coram romano pontifice: aut ſui ordinis protectore: vel camere apoſtolice generali auditore: in cauſis fidei/ aut officium inquiſitorum cōcernentibus: reſpondere. Ac decreuit irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper hijs quicꝙ̄ ꝗuis auctoritate: etiam apoſtolica: ſcienter/ vel ignoranter contigerit attentari. B. fo. 112. Et. ffo. 196. conceſſione. 489. 4

Pro fratri. carmelita.

Excōicatio.

¶ IDEM Sixtus ſtatuit ꝙ inquiſitores heretice prauitatis quicunq; fuerint: habeat facultatem procedendi cōtra eos qui aſſeruerint ꝙ confeſſi fratribus mendicantium ordinum: teneantur confiteri eadem peccata rectoribus parrochialium eccleſiarum. B. fo. 61. Et. ffo. 14 . conce. 353. 5

In fauorem fratrū cōfeſ.

tores ſermonũ. Et quo ad iſta ponitur quedã remiſſio in fine huius capituli.

Innocentius. 3.dedit beato Franciſco et ſocijs eius li- centiam predicandi ad verbi dei ſemen 1 Licẽtia pdi-
in omnem terram ſpargendum.b.fo.1.Et.ffo.3. candi.

Gregorius. 9.precepit omnibus eccleſiaꝝ prelatis: vt fratres ordi.mi. ad officium predican 2
di (ad quod dicit ꝙ ſunt ex profeſſione ſui ordinis deputati) benigne recipiãt:
et vt admoneant populos eis cõmiſſos quatenus ex ore predictoꝝ fratrũ ver- Nota.
bi dei ſemen deuote ſuſcipiant:ac etiam ꝙ in neceſſitatibus huiuſmodi fratrũ
liberales exiſtant.B.fo.25.Et.ffo.109.conce.233.

¶ IDEM Gregorius.9.precepit eccleſiaꝝ prelatis: quatenus ſi qui aſſe- 3
rentes ſe eſſe de ordine fratruꝫ mi.predicauerint in iuriſdictionibus huiuſmo Prohibitio
di prelatorum:faciendo queſtum pecuniarium: ex quo infamia ſequeretur re
ligioni ipſorum fratrum qui paupertatem profeſſi ſunt:capiant tales predicã
tes:⁊ tanꝙ falſarios condemnent.B.fo.25.Et.ffo.109.conce.234.

Alexander. 4.conceſſit ꝙ fratres ordinis predicatoꝝ ⁊ mi. poſſint predicare populis de licentia romani põtificis/ aut le 4 Licẽtia pdi.
gatoꝝ eiꝰ/vel dioceſani/ſeu ordinarij:abſqꝫ alioꝝ inferiorũ prelatoꝝ/⁊ recto
rũ eccliaꝝ/ac ſacerdotum parrochialium aſſenſu.b.fo.25.Et.ffo.26.conce.15.

Clemens. 4.referendo ac cõfirmando predictas litteras Alexandri. 4.declarauit: ꝙ ſi predictis fratribus/ concedatur licẽtia 5 Licẽtia pdi.

predicandi a legatis ſedis apoſtolice/aut ab ordinarijs locoꝝ: poſſint libere
hmõi fratres predicare populis ſubiectis legatis ⁊ ordinarijs: ſine aliorum
prelatorum inferioꝝ/ ⁊ rectoꝝ eccleſiaꝝ aſſenſu/vllomodo requiſito. Illis ta-
men caſibus exceptis:qui de iure/vel cõſuetudine/aut ſpeciali reſeruatione fa
cta ſedi apoſtolice/ac legatis/⁊ ordinarijs predictis ſpecialiter relinquuntur.
b.fo.29.Et.ffo.30.conce.26.

Collector. ¶Aduerte ꝙ caſus de quibus hic fit mentio:exſpecificantur infra a Benedi-
cto.11.in.§.8.

6 ¶IDEM Clemens cõceſſit:vt ſinguli prouinciales fratrum mi.in ſuis pro
uincijs cũ diffinitoribus in ſuis capitulis prouincialibus congregatis: habeãt
plenariam auctoritatem ⁊ facultatem examinandi/⁊ approbandi fratres pre
Inſtitutio dicti ordinis in ſacra pagina eruditos:⁊ ꝙ eis officiũ predicationis (deum ha
predicatorũ. bendo preoculis) cõmittere valeant:ſicut ex forma regule poterat miniſter ge-
neralis.B.fo.56.Et.ffo.139.cõce.311. Et hoc idẽ cõceſſum eſt carmelitis.B.
ffo.185.cõ.463.Et ſimiliter cõceſſum eſt Auguſtinẽſib⁹. B.ffo.244.cõ.589.

7 ¶IDEM Clemens prohibuit:ne fratres quos ab ordine pro ſuis culpis ex
Prohibitio pelli cõtigerit:vel qui egreſſi fuerint proprio motu:preſumãt predicare.⁊c.ni-
predicandi. ſi ad alium ordinẽ in quo licite exercetur hmõi officium: de licentia ſedis apo-
ſtolice/ vel miniſtrorũ ordinis prefati tranſierint.B.fo.58. Et.ffo.141.conce.
331.Et quo ad carmelitas.fo.103.Et.ffo.186.conce.472. Et quo ad predica
tores.ffo.238.conce.557.

8 **Benedictus.** 11.ſtatuit ꝙ fratres ordinis predicatoꝝ et mi. qui ad
Caſus i qb⁹ predicandũ deputati ſunt:poſſint in eccleſijs ⁊ locis
pñt p̃dicare ſuis:ac in plateis cõmunibus ſeu publicis libere (abſq3 dioceſanoꝝ ⁊ alioꝝ
fr̃es ẽt ſi dio prelatoꝝ petita licentia) clero ⁊ populo predicare: eiſq3 proponere verbũ dei.
ceſani p̃di- Voluit tamẽ ꝙ predicti fratres caueant omnino: ne illa hora in qua dioceſa-
cant. ni predicauerint/vel coram ſe fecerint predicare/predicent ipſi fratres: niſi for
ſan hoc facerent de voluntate dioceſanoꝝ ipſorũ: aut in ſtudijs generalibus:
diebus illis dũtaxat quibus ſermones ad clerũ fieri ſolent ſolẽniter: ſiue in fu
neribus mortuorũ: ſiue in eorundem fratrum feſtis ſpecialibus/ſeu peculiari
bus: q2 in predictis quattuor caſibus concurrere poterunt in predicationi-
bus cum dioceſanis.B.fo.126.Et.ffo.203.conce.500.

9 ¶IDEM Benedictus ſtatuit ꝙ predicti fratres in eccleſijs parrochialib⁹
Prohibitio nõ audeant predicare/inuitis eaꝝ rectoribus ſeu ſacerdotibus: niſi de licẽtia
predicandi. ſuperiorum eorundem rectorum.B.fo.126.Et.ffo.203.conce.501.

10 ¶IDEM Sixtus cõceſſit fratribus carmelitanis: vt poſſint libere predica
Licẽtia p̃di- re populis in locis publicis: abſq3 tamen parrochialiũ eccleſiaꝝ iuris preiudi
candi. cio. Et declarauit ꝙ hmõi iuris preiudicium intelligatur de decimis ⁊ primi-
tijs dũtaxat: que a laicis ſolẽt clericis exhiberi.B.fo.102.Et.ffo.185.cõ.465.

¶Aduerte ꝙ in predicta conceſſione vult dicere Sixtus: ꝙ dũmodo eccleſijs
Collector. parrochialibus nõ ſequat̃ preiudiciũ quo ad exactionẽ decimaꝝ ⁊ primitiaꝝ:
poſſint predicti fratres predicare libere in quibuſlibet locis publicis.

11 **Leo.** 10.conceſſit ꝙ predicatores verbi dei ordi.minoꝝ de obſer.quando
Officium di actu predicant: vt puta in Aduentu / ⁊ quadrageſima poſſint offi-
uinum. cium feriale anticipare: et feſta illis diebus reſeruare quibus illos amplius
laborare neceſſe eſt. Non tamen in fraudẽ diuini officij: ſed vt liberius valeãt

ſtudio vacare: et conſolationi ſpirituali fidelium populorum incumbere.o.fffo.91.conce.265.
¶IDEM Leo conceſſit ꝙ fratres minores predicatores actu predicantes: 12
poſſint ſine ſtimulo/et ſeruato ieiunio: anticipare: ⁊ retardare horas comeſtionis/et ſerotine collationis: iuxta ſuam conſolationem.o.fffo.93.cōce.282. Ieiunium.
¶Aduertendum eſt etiam circa materiam iſtam predicatorum: ꝙ multi ſummi pontifices conceſſerunt multas indulgentias: quas lucrantur audientes ſermones fratrum minoꝝ. Iſte autem indulgentie poſite ſunt ſupra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares.5.per totum. Collector.

# Prelati.

¶Diſtinctio materie infraſcripte.

¶Circa prelatos ſunt multa ⁊ varia in priuilegijs fratrum: que ſubſequenti ordine partiuntur. ¶Primo enim ſunt aliqua ſtatuta ⁊ conceſſa reſpectu prelatorum religioſoꝝ. Et hec ſubdiuiduntur. Nam quedam pertinent ad eorum electionem: que poſita ſunt ſuperius in dictione Electio. Alia concernunt eorundem prelatorum confirmationem: que etiam poſita ſunt ſupra in dictione Confirmatio prelatorum. Nonnulla vero attinent ad huiuſmodi prelatorum auctoritatem in executione ſuorum officiorum. Et de hoc habetur in varijs dictionibus ſm varietatem denominationum officiorum. Ut de auctoritate generalis miniſtri: in dictione Generalis miniſter. Et ſic de alijs officijs: prout diſtincta ſunt ſupra in dictione Officia ordinis. ¶Secundo principaliter in priuilegijs fratrum ſunt non pauca pertinentia ad prelatos eccleſiarū. Et horum aliqua reſpiciunt modum quem debent obſeruare erga fratres ad eos declinantes.ſ.qualiter debent eos benigne recipere. Et hoc habetur in dictione Recipere.§.1.et.2. Alia ſpectant ad reuerentiam quam fratres debent exhibere huiuſmodi prelatis in preſentatione confeſſorum/ et alijs conſimilibus. Et hoc iam dictum eſt in dictione Abſolutio quo ad ſeculares in multis.§. De quo etiam vide in dictione Preſentatio confeſſorum. Alia pertinent ad formā quam erga priuilegia dictorum fratrum debēt tenere predicti prelati eccleſiarum. De hoc autem habentur multa in dictione Priuilegia. ¶Et tandē nonnulla pertinent ad inhibitiones per ſummos pōtifices huiuſmodi prelatis factas: ne circa fratres ⁊ eorum officia ſe intromittant. Et de hoc habetur in dictione Exemptio in multis.§.

Collector. De attinentibus ad prelatos ordinis. De attinentibus ad prelatos ecclīarū.

# Prefatio.

EUgenius.4.cōceſſit fratribus mino.ꝙ in feſtiuitatibus ſancti Franciſci: poſſint dicere propriam prefationem: et Credo.o.fffo.101.conce.408. 1
Sixtus.4.conceſſit ꝙ fratres mino.in die ſancti Franciſci/⁊ ſtigmatum eiuſdem: poſſint dicere prefationem propriam in miſſa.o.fo.63.Et.ffo.67.conce.110.Et.fffo.100.cō.386. 2
¶IDEM Sixtus conceſſit ꝙ in miſſis ſancti Franciſci dicatur propria prefatio.o.fffo.102.conce.412. ¶Hoc eſt intelligendum de miſſis votiuis que dicūtur extra feſtiuitates predictas: nam pro diebus feſtiuitatum iam conceſſum erat: vt patet ſupra.§.1. 3

# Preſentatio confeſſorum.

Collector. QUia conceſſiones ⁊ ordinationes attinẽtes ad preſentationem confeſſo
rum ordinarijs faciendã: ſunt cõmixte cum auctoritate quam hmõi cõ/
feſſores habent ad abſoluendum. Ideo poſite ſunt ſupra in dictione Abſolu
tio quo ad ſeculares.1. Et ideo ibi poteris eas ad longum videre.

Collector. ¶ Circa huiuſmodi tamẽ materiam preſentationis cõfeſſorum oportet vlte/
rius aduertere: ꝙ quia fratres cõfeſſores ordinum mendicantium debite pre/
ſentati epiſcopis/ aut eoꝝ vices gerentibus magnã habẽt auctoritatem/ tam
per clemẽtinam Dudum. de ſepulturis/ ꝗ per priuilegia ſpecialia: quibus ne
queunt gaudere: nec cõfeſſiones ſecularium generaliter audire nõ ſic preſen/
tati: ideo formam debitam preſentandi libuit hic inſerere. ¶ Sciẽdum eſt er/
go ꝙ duplex modus/ ſeu forma preſentationis cõfeſſorũ reperitur in iure: ⁊ in
priuilegijs fratrum predictoꝝ. ¶ Primus modus ⁊ forma iuridica cõtinetur
in p̃fata clementina Dudum: de ſepul. vbi ponuntur multa/ que vix poterunt
ad litteram obſeruari. Primo em̃ dicitur ibi ꝙ huiuſmodi preſentatio fieri de
bet per miniſtros/ aut cuſtodes quo ad fratres mino. aut per magiſtrum/ ſeu
priorem prouincialem vel eius vicarium quo ad fratres predicatores: qui de/
bent accedere ad preſentiã prelatorum eccleſie ⁊ petere ꝙ fratres qui fuerint
electi ab eis poſſint libere cõfeſſiones ſubditoꝝ illius dioceſis audire. ¶ Se/
cundo dicitur ibidẽ ꝙ poſt hmõi petitionẽ eligantur fratres qui audituri ſunt
confeſſiones: ⁊ hoc per generalem vel prouinciales: ſicut habetur ſupra in di/
ctione Confeſſiones ⁊ confeſſores. §.3. ¶ Tertio additur ꝙ confeſſores ſic
electi preſententur epiſcopis/ aut eorum vices gerentibus a prefatis prelatis
fratrum per ſe vel per alios fratres quos adhoc deputauerint: petendo humi
liter vt de ipſoꝝ beneplacito poſſint audire cõfeſſiões ſuoꝝ ſubditoꝝ. ¶ Sed
quia prima duo ſupradicta ſunt difficilia ad ſeruãdum: cum prelati huiuſmo
di fratrum nequeant ſemper adeſſe vbicunq̄/ ⁊ quãdocũq̄ eſt faciẽda preſen/
tatio. Ac ſimiliter: q2 ijdem prelati non valent eligere aliquos fratres ad au/
diendas cõfeſſiones extra capitula prouincialia: niſi forte habeant ſpecialem
cõmiſſionem ſui generalis: ideo expedit vt fiat preſentatio ſub forma inferius
annotata: que ſi acceptetur a prelatis eccleſiaru3 ſufficiet ꝗuis alia predicta
omittantur que ſunt in fauorem ipſoꝝ: cum liceat vnicuiq̄ renũtiare iuri ſuo.

Prima for/ ¶ Sequitur forma preſentationis confeſſorum que fieri poteſt per quemcũq̄
ma preſenta prelatum ordinis: aut eius vices gerentem accedendo ad preſentiam ordina/
tionis fratrũ riorum ⁊ dicendo. Reuerẽdiſſime dñe: ſuplex orator dominationis veſtre fra/
cõfeſſorum, ter. N. miniſter aut prior / ſeu frater. N. cuſtos huius cuſtodie vel prouincie:
vel guardianus/ ſeu prior talis cõuentus: auctoritate et cõmiſſione dictoꝝ mi
niſtri aut prioris prouincialis/ ſeu cuſtodis ordinis fratrum. N. humilem ac de
bitam exhibet reuerentiam. Cum ſm priuilegia dicto ordini noſtro a ſummis
pontificibus indulta: fratres eiuſdem ordinis per miniſtrum/ vel cuſtodem/
aut fratres alios quos adhoc idoneos deputauerint: preſentati humiliter loco
rum prelatis ad ſuorum ſubditorum cõfeſſiones audiendas: ⁊ ſalutares peni
tentias cum abſolutionis beneficio iniungendas: de licentia ⁊ gratia ac bene
placito eorundem merito recipi debeant/ ⁊ admitti: hinc eſt ꝙ Reuerende do/
minationi veſtre: de cuius benignitate ampliſſimã fiduciam gerimus: ſm ca/

nonici iuris formā ſup hoc ſtatutā: infra ſcriptos fratres per me (ſi eſt miniſter/ aut prior ꝓuincialis/ vel in capitulo noſtro ꝓuinciali) a dicto. N. legitime electos/ ⁊ deputatos: cum ea qua decet/ et poſſum reuerētia humillime preſento: obnixius eidem dn̄ationi veſtre ſupplicans quatenus ipſos (et me cum illis ſi vult) recipere/ et admittere dignetur: ac ſi totalis forma iuris in Clementina Dudū de ſepulturis/ ⁊ in concilio Lateranēſi tradita obſeruata eſſet. Et eiſdem/ ac mihi: de ſua gratia ſpeciali: a caſibus etiā eidem reſeruatis (pro animarum ſalute) abſoluēdi auctoritatem preſtare. Et ipſi vna mecū pro eadem dominatione veſtra: vniuerſoq; ſibi grege cōmiſſo aſſidue redemur apud deū ſupplices precatores. Quam idem dominus longeuos in annos ad cunctorum ſalutem conſeruare dignetur. Nota.

¶ Facta iſta preſentatione (niſi ordinarius cauſam legitimā haberet non admittendi aliquē) ſiue admittat/ ſiue nō: poſſunt dicti fratres abſoluere ſubditos predicti ordinarij ab omnibus caſibus a quibus poſſunt preſbyteri parrochiales: vltra id qđ p priuilegia particularia cōceſſum eſt. Et nō oportet dictā preſentationem iterare in vita illius epi: licet aliquorſum ſe trāſferant fratres ad morandū: cū ad dictā diocesim iterū ad morādum reuerſi fuerint: vt habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.1.in.§.4. Collector.

Eſt et alius modus preſentādi fratres cōfeſſores per conceſſionē Innocentij.8. qui poteſt fieri p quēcunq; guardianum: etiā ſi non habeat cōmiſſionem ab aliquo ſuperiore: prout habet in monumētis ordinis/ et in ſupplemēto: ⁊ in hoc cōpēdio in dictione Abſolutio quo ad ſeculares primo.§.13. Attamen iſte ſecūdus modus eſt oneroſus. Debet enim fieri quolibet anno: ⁊ eſt dubium an ſic preſentatus habeat cōceſſiones particulares factas confeſſoribus noſtris: vt ſupra preſentatis. Ideo ego non curarem de iſto: niſi in caſu neceſſitatis. Scđa forma preſentandi confeſſores.

# Priuilegia fratrum.

¶ Diſtinctio materie priuilegiorum fratrum.

¶ Auertēdum q circa priuilegia fratrū: multa poſſunt/ ac debent cōſiderari. Collector. ¶ Primo illorū firmitas. Et hec cōtinet infra.§.3.et.4.et.5.et.7.et.10.et.12. et alijs ſequētibus vſq; ad finē. ¶ Scđo debet attēdi hm̄oi priuilegiorū interpretatio/ ſeu declaratio ad quē pertineāt. Et de hoc habet infra.§.2.et.11.et.15. ¶ Tertio eorūdē priuilegiorum ſuſpēſio/ ſeu reuocatio. Iſtud aūt ponit infra.§.5.et.6.et.9.et.12.et.18.et.21. ¶ Quarto ſunt cōſiderande nōnulle ꝓhibitiones reſpectu predictorū priuilegiorum. Iſte vero habentur infra.§.1.et.9.et 11.et.12. ¶ Quinto eſt attēdēda eorūdem priuilegiorum cōmunicatio. Et de hoc dictū eſt latiſſime ſupra in dictiōe Cōmunicatio priuilegiorum. ¶ Ultimo quia circa ſuſpēſionem/ ⁊ reuocationē hm̄oi priuilgiorum occurrunt multe dubitationes: ponuntur infra poſt omnia ſupradicta quedam notabiles queſtiones.

Alexander.4. precepit eccleſiarum prelatis: vt permittant 1
fratres minores/ ⁊ predicatores vti ſuis priuilegijs/ ⁊ indulgētijs/ ac regularibus obſeruātijs/ et ſtatutis p ſedē apoſtolicam approbatis. h.fo.22. Et ſſo.24.conce.11. Prohibitio.

Clemēs.4. inhibuit diſtricte oib9 eccl'arū p̄latis: ne interpre- 2
tari preſumāt priuilegia/ ⁊ indulta cōceſſa fratribus mi. et predica. ſiue clara Interptatio.

que interpretatione non indigẽt/ſiue dubia contineant. Et voluit ꝙ interpretatio ſup hmõi dubijs / et obſcuris reſeruet̃ ſedi apoſtolice: cum eius ſit interpretari cuius ꝛ condere.b.fo.30.Et ffo.31.conce.31.

3 **Eugenius.** 4.cõceſſit fratribus ordinis predicatoꝝ: ꝙ virtute quarũcũqꝫ litteraꝝ aplicarũ cõceſſaꝝ/ꝛ cõcedendaꝝ nõ poſſit vllo modo preiudicari/ſeu derogari priuilegijs predictoꝝ fratrũ: niſi de ipo ordine: ꝛ de hmõi litteris fiat de verbo ad verbũ expſſa mẽtio B.fffo.79.cõce.259.

4 Cõfirmatio. **Sixtus.** 4.cõfirmauit omnia priuilegia ab eodẽ / vel a predeceſſoribꝰ ſuis cõceſſa ordini fratrũ mi. ꝛ preſertim cõteta in bulla eiuſdẽ que incipit Regimini vniuerſalis eccl'ie. Non obſtãtibus quibuſcũqꝫ litteris poſt modum ordinatis a ſua ſanctitate: preſertim illis que incipiũt Super curam gregis dominici.o.ffo.68.conce.127.

5 Cõfirmatio. Reuocatio. ¶IDEM ſixtus cõfirmauit oĩa priuilegia a ſua ſanctitate / vel alſuis pdeceſſoribus cõceſſa ordini mi. exceptis indulgẽtijs gñalibus quo ad viſitãtes loca fratrũ/vel ſoroꝝ. Et hoc de cõceſſis in gñe: addẽdo ꝙ nõ intẽdit ſua ſctitas ꝙ indulgẽtie predicto ordini cõceſſe pro perſonis fratrum (ſiue ſint generales/ſiue non) reuocentur per quaſcũqꝫ litteras aplicas: etiam cruciate. Et idem de alijs priuilegijs: niſi in talibus litteris apoſtolicis fiat expreſſa mẽtio de indulto huiuſmodi: ꝛ ordine predicto.o.fo.64.Et ffo.68.conce.137.

Collector. ¶Aduerte circa predictam cõceſſionem: ꝙ cõmuniter ponuntur in bullis cruciate/ꝛ alijs ſimilibus talia verba ꝙ equipollent expreſſioni neceſſarie ad reuocationem/vel ſuſpẽſionem priuilegioꝝ fratrũ/etiã mẽdicantium. Semper tñ ſunt inſpiciende derogationes talium bullarum: ꝛ conferẽde cum non obſtantijs priuilegiorum fratrũ: vt ſic appareat quod preualere debeat.

6 Suſpenſio. ¶IDEM ſixtus cõceſſit generali fratrũ mino. ꝙ qñ viderit aliquẽ fratrem ſui ordinis abuti gratijs/ꝛ facultatibꝰ apoſtololicis: poſſit ꝛ valeat huiuſmodi gratias ſuſpendere/ꝛ ſuſpenſas tenere donec (ꝙprimum cõmode poterit) conſulat deſuper Romanum pontificem: ꝛ ab eo reſponſum habeat. Et ſuper hoc onerat conſcientiam predicti generalis.b.fo.56.Et ffo.52.conce.58.

7 Cõfirmatio. ¶Idẽ ſixtꝰ i mari magno motu ꝓpo/ꝛ ex certa ſciẽtia auctoritate aplica approbauit: ꝛ robur ppetue firmitatꝭ obtinere debere decreuit oĩa ꝛ ſingla puilegia p quoſcũqꝫ Ro.põtifices pdeceſſores ſuos ordini fratrũ mi. ꝛ illꝰ domibꝰ/ꝛ pfeſſoribꝰ (in gñe ſub quacũqꝫ verboꝝ forma) cõceſſa: ac ꝓ potiori cautela oĩa/ꝛ ſingla pdicta de nouo ꝯceſſit/ꝛ indulſit.B.fo.59.Et ffo.142.cõce.343.

8 Indulgẽtie. ¶IDEM ſixtus fecit quãdã magnã cõceſſionem reſpectu priuilegioꝝ concernentiũ ſtationes/ꝛ indulgentias vrbis Rome fratribus mi.cõceſſas: prout habetur ſupra in dictiõe Indulgẽtie ſtationũ quo ad fratres: in.§.7.vide ibi. Et aduerte ad notabile in fine illius poſitum.

9 Suſpenſio. Pro oĩbus fratribꝰ mẽdicãtibus. ¶IDEM ſixtus declarauit ꝛ decreuit: ꝙ ſuſpẽſio puilegioꝝ/ſeu facultatũ et indultoꝝ quã ipe fecerat: ſolũ debere referri ad facultates/ꝛ indulta qcũqꝫ et indulgẽtiarũ / ꝛ abſolutionũ/ꝛ remiſſionũ peccatoꝝ cõcernentiũ perſonas quaſlibet que non ſunt ordinũ mendicantium/ ac monialium/ꝛ ſororum tertij ordinis colegialiter ſub eorum cura viuẽtium/ac ſeruiẽtium eiſdem continue: et non ad alias facultates/ſeu indulta ab ipſo Sixto / vel a ſuis predeceſſoribus predictis ordinibus conceſſa.B.ffo.106.conce.227.

10 Pro fratri- ¶IDEM ſixtus in mari magno diſtricte inhibuit plãtis ordinarijs locorũ: ſub interdicti ingreſſus eccl'ie: ꝛ ſuſpẽſiõis a regimine/ꝛ adminiſtratiõe ſuarũ

eccleſiarū/ac rectoribus eccľiarū/⁊ alijs quibuſcūq̈ ſub excōis late ſentētie/⁊ b⁹ p̄di.⁊ mi.
priuationis eorūdē parrochialiū eccľiaꝝ/ac oīm alioꝝ eccľiaſticoꝝ bñficioꝝ q̄ Excōicatio.
obtinuerint:necnō inhabilitatis ad illa/⁊ alia imposterū obtinēda / penis eo⸗
ipſo p̄ eos q̄ cōtra fecerint incurrēdis:ne ordines fratrū predicatoꝝ/⁊ minoꝝ/
et illoꝝ domos/⁊ ꝓfeſſores:preter/aut cōtra priuilegia/⁊ indulta Romanoꝝ
pontificū quorūcūq̈ predeceſſoꝝ eiuſdē Sixti:vel contra ſuarū litteraꝝ teno⸗
rem:inquietare/ſeu moleſtare preſumant.B.fo.61.Et ffo.145.conce.355.

INnocētius.8.fecit fratrib⁹ ordinis p̄dicatoꝝ cōgregationis hiſpanie cir⸗ 11
ca eoꝝ priuilegia ſequētē cōceſſionē. Quia nōnulla dubia occurrūt/et oc⸗ Pro fratri⸗
currere poſſunt fratrib⁹ ordinis p̄dicatoꝝ cōgregatiōis hiſpanie ſup̄ gratijs/⁊ bus predica.
priuilegijs: tā ordini/q̄ cōgregationi p̄dict̄ cōceſſis:idē dn̄s Innocēti⁹ ꝓ ſecu Interp̄tatio.
ritate cōſciētiaꝝ p̄dictoꝝ frm̄ ꝯceſſit facultatē vicario gn̄ali dicte ꝯgregatiōis Particula⸗
ꝓ tpe exñti:cū aliq̄ pſona i dignitate eccľiaſtica ꝯſtituta:⁊ duob⁹ alijs iuriſcō⸗ ris pro Hiſ⸗
ſult:iterp̄tādi hmōi dubia. Et q̄ frēs dicte ꝯgregatiōis ſecure poſſint ſtare de⸗ pania.
claratiōib⁹ p̄ eoſdē faciēdis.o.ffo.76.ꝯce.195.ꝓpe finē. Et fffo.101.ꝯce.394.

¶Aduertendum eſt circa predictā conceſſionem:q̄ illud quod conceditur hic Collector.
vicario generali fratrū predicte congregationis:debet intelligi etiam eſſe con⸗
ceſſum cuilibet ꝓuīciali fratrum mi.ꝓuinciaꝝ caſtelle/⁊ legionis/ et arago⸗
nū/ac ſicilie:⁊ nō aliarū ꝓuinciaꝝ extra hmōi regna. Et hoc rōne cōicationis
ſpecialis facte hmōi fratrib⁹:ꝓut habet̄ ſup̄.in dictiōe Cōicatio p̄uileg.§.10.

ALexāder.6.decreuit/⁊ ordinauit:q̄ frēs mi.nequeāt vti gratijs/ vel fa⸗ 12
cultatib⁹ in forma breuis dūtaxat cōceſſis :que p̄ Bartholomeū floridū Prohibitio
olim ſecretariū ſuū ſubſcripte fuerūt: niſi ad id ſuoꝝ ſupioꝝ gn̄aliū/vel ꝓuin⸗
cialiū pro tpe exiſtētium accedat aſſenſus : pinde ac ſi in litteris predictarum
facultatū/⁊ gratiaꝝ adiecta foret predicta conditio.b.ffo.55 cōce.64.

IUlius.2.declarauit q̄ per cōfirmationē priuilegioꝝ fratrū mino. per 13
Sixtū.4. factā: ac eorūdem priuilegioꝝ nouā conceſſionē per Cōfirmatio /
hec verba (de nouo cōcedimus) ſolūmodo eſſe confirmata priuilegia dicto or⸗ et reuocatio.
dini conceſſa:⁊ non al's reuocata.B.fo.43.Et ffo.126.conce.277.

¶Aduertendū eſt q̄ predicta declaratio credit̄ ſic facta fuiſſe abſolute/⁊ ge⸗ Collector.
neraliter ꝓpter defectū relationis. Quia multi famoſi doctores vniuerſitatis
Salmātine declarauerūt/⁊ determinauerūt q̄ qn̄cūq̈ aliqua priuilegia con⸗
cedūtur de nouo cū ſequēti clauſula. Non obſtātibus reuocationibus apl'icis:
prout in bulla aurea cōtinetur:intelligūtur viuificata / ⁊ de nouo cōceſſa etiā
illa que fuerāt reuocata. Nam aliter nihil operarētur predicta verba: cum ta⸗
men verba in litteris apoſtolicis poſita: ſemper debeant aliquid operari.

¶IDEM iuli⁹ fecit copioſiſſimā cōfirmationē priuilegioꝝ qualitercūq̈ cō⸗ 14
ceſſoꝝ ordini frm̄ Auguſti.⁊ ꝑpetue firmitat̄ robur obtinere decreuit. Et iſup̄ Ex p̄uilegijs
ſingula p̄uilegia/⁊ immunitates/exēptiones/cōceſſiones/indulgentias/pctōꝝ Auguguſti⸗
remiſſiones:⁊ indulta q̄cūq̈ quibuſuis cōgregationib⁹/ſeu ſocietatibus/ aut nenſium.
alijs locis:⁊ illoꝝ pſonis dicti ordinis frm̄ Auguſtineñ.Iregl'aris obſuātie gn̄a Cōfirmatio.
liter cōceſſa:ad totū ipm ordinē predictoꝝ fratrū/⁊ illi⁹ pſonas/ ac ſi illis etiā
ſpecialiter cōceſſa fuiſſent:extendit/⁊ cōmunicauit.B.fffo.66.conce.206.

¶IDEM iulius cōceſſit fratrib⁹ Auguſtinēſibus q̄ priuilegia eorū oīa in⸗ 15
tegre/⁊ ad verbū vt ſonāt pleniſſime/atq̈ inuiolabiliter/vbiq̈ gētium obſer⸗
tur.b.fffo.95.conce.311.

*De validitate priuilegiorum.*

16 ¶ IDEM iulius ꝓprio motu/ac de plenitudine ſue poteſtatis voluit/⁊ ſtatuit/ac decreuit: vt quecūq; conceſſio apoſtolica facta ordini fratrum Auguſtinenſium: vel eiuſdē ordinis generali: ſiue directe/ aut per cōmunicationē priuilegiorum aliorū ordinum: eādem omnino vim atq; efficaciā ꝑpetuo habeat: tam in iudicio/ ꝙ extra iudiciū/ ac ſi plūbeo ſigillo obſignata eſſet. Et hoc intelligi voluit tam de hijs que in forma breuis/ ꝙ de hijs que per ſupplicationes expedita ſunt: in quibus placuit vt ſola ſignatura ſufficeret. B.ffo.267.cōce. 698. Et fffo.76.conce.229.

*De validitate priuilegiorum.*

17 ¶ IDEM iulius ꝓprio motu: ⁊ ex certa ſciētia/ac de plenitudine ſue poteſtatis decreuit/ et mādauit: vt ꝗcūq; priuilegia dicto ordini Auguſtinēſiū/vel eiuſdē ordinis generali vtcūq; cōceſſa/ſiue ipſa exēplaria/ſiue coꝝ trāſumpta oſtendātur: prelati alicuius/aut publici notarij manu ſignata: aut etiā gn̄alis dicti ordinis ſigillo firmata: eādē omnino vim habeat/⁊ illis fides adhibeať/ ac ſi plumbi ſignum haberent. B.ffo.268.conce.698. Et fffo.76.conce.230.

*De validitate priuilegiorum.*

18 LEO.10. fecit conſimilē cōceſſionem prefatis fratribus Auguſtinēſibus: prout Julius.2. in conceſſione immediate ſupraposita fecerat: nullo immutato/nec addito verbo. b.fffo.123.conce.560.

*Prohibitio Excōicatio.*

19 ¶ IDEM leo ſtatuit: ꝙ ſi ſeculares cōtraire mari magno/vel cuiq; cōceſſionū fratrū heremitaꝝ ſcti Auguſtini temere auſi fuerint: ꝓ excōicatis publicētur. Si aūt clerici fuerint: ꝑter cēſurā ſupradictā: dignitatib⁹ ⁊ beneficijs eccliaſticis priuati ſint: eaq; libere impetrari poſſe decreuit. b.fffo.122.conce.558.

*Ampliſſima et noua conceſſio. Nota. Oracula.*

20 ¶ IDEM leo ꝯceſſit ꝙ fratres mi. regularis obſ. ſecura ꝯſciētia poſſint vti oīb⁹ eis cōceſſis a ſede aplica ⁊ Romanis pōtificib⁹: ſiue ꝑ bullas/vel breuia aut viue vocis oracula (ꝓut in libris ordinis reperiunť) ac ſi oīa ſpecifice fuiſſent prefato ſummo pōtifici expreſſa. Et pro maiori cōſcientiaꝝ ſecuritate: oīa prefata priuilegia de nouo cōceſſit. ¶ Voluit etiā ꝙ non ſint minoris efficacie et valoris viue vocis oracula: ꝙ ſi per bullā/aut breue ad perpetuā rei memoriam eſſent conceſſa. Sed hoc in foro conſcientie tm̄. D.fffo.58.conce.161.

21 ¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ virtute bullarū cruciate cōtra infideles/ vel aliaꝝ indulgentiaꝝ generaliū: quaſcūq; reuocationes/ aut ſuſpēſiones priuilegioꝝ ordinū: etiā mēdicantiū cōtinentes: nunꝗ intelligātur reuocata/nec ſuſpenſa indulta/priuilegia/ et gratie cōceſſe quo ad perſonas fratrū mi. obſ. ⁊ quo ad ſuſpendēdum interdictum in feſtiuitatibus ſanctorum ſui ordinis: niſi de hijs ſpecifice/⁊ nominatim mentionem facerent. D.fffo.60.conce.177.

*Declarare.*

22 ¶ IDEM leo conceſſit ꝙ gn̄alis fratrū mi. in ſuo caplo generali: ⁊ quilibet prouincialis in ſuo caplo ꝓuinciali (de conſenſu eiuſdē capli/vel maioris partis) declarare poſſit/⁊ valeat vtrum ab vſu alicuius cōceſſiōis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtquā quidē declarationē: tam fratres/ ꝙ moniales ſue obediētie/ac ſi cōceſſio hmōi ꝑ ſanctitatē ſuā ſuſpenſa/vel reuocata fuiſſet: cōceſſione eadem imposterū non vtantur. o.fffo.94.conce.296.

*Reuocatio. Noua conceſſio.*

23 ¶ IDEM leo poſtꝙ in cōcilio Lateranēſi moderauit/ſeu reuocauit in aliquibus priuilegia fratrū mēdicantiū: declarauit ꝙ oīa/ et ſingula priuilegia predictoꝝ fratrū mēdicantiū qualitercūq; eis cōceſſa: permāſerūt/⁊ ꝑmaneāt in ſuo robore: exceptis illis in quib⁹ fuerūt moderata/ ſeu reuocata. Et ad abūdantiorē cautelā: priuilegia predicta cū dictis modificationibus: motu ꝓprio innouauit: ac diſtricte precepit/⁊ mādauit eccliarū prelatis: vt religioſos pre-

ſatos ſuper alijs priuilegijs non modificatis moleſtare non preſumāt:ſed ſua eis iura/ꝛ priuilegia inuiolabiliter obſeruent.B.ffſo.27.conce.88.

¶IDEM leo poſtea reualidauit/ ac in priſtinū ſtatū reſtituit omnia priuilegia fratrum mino.obſer.quo ad forum conſcientie tm̄. Et hoc ſolum oraculo viue vocis. Uide ſupra ad longum in dictione Concilium.§.7. 24

Reualidatio

# ¶Sequuntur quedam queſtiones pro intellectu priuilegiorum ordinibus mendicantium conceſſorum.

Collector.

Queſtio circa derogationē ꝑuilegiorū fratrum.

Prima queſtio eſt. Quia in pleriſqꝫ cōceſſionib⁹ ſupradictis: ꝛ in toto nr̄o mari magno/ ꝛ alijs ꝑuilegijs cōtinet ꝙ nō intelligant reuocata niſi de eis fiat mētio de ꝟbo ad verbū:vtputa:concedit nobis vt nō teneamur ad ꝓcurationē legatoꝝ:etiā ſi in litteris eorūdē dicat: vt tā nō exēpti ꝙ exēpti teneant ad hoc onus: niſi de hoc indulto nobis cōceſſio fiat mētio de verbo ad verbū:poſtea papa cōcedit legato vt poſſit exigere ꝓcurationē a quibuſcūqꝫ ꝑſonis etiā exēptis: ꝗuis talia habeant priuilegia ꝙ de eis ſit fienda mentio derbo ad verbū:que voluit in literis legati haberi pro expreſſis:querit nūc vtrū ꝑ has litteras legatoꝝ ſit derogatū priuilegio nr̄o? Et ſic de ſimilib⁹.

Reſpōſio ad queſtionem.

¶Et licet ſup hoc multi multa dixerint:tn̄ ſemꝑ maior/ꝛ ſolēnior pars doctorū tenuit priuilegio nr̄o derogatū eſſe. Tandē ff elinus in.c. Nonulli:de reſcriptis cōpendioſiſſime tractans hanc materiā:ꝛ ibi adducens oēs ſup eam ſcribentes:cōcludit ꝙ ſi hoc habet curie ſtillus:indubie derogat priori priuilegio. Et ꝙ hoc habeat ſtillus curie eſt pluſqꝫ manifeſtū:cū in nullis reuocationibus inſerātur littere priores:niſi aliqn̄ ad abundantiorē cautelā. Ac ꝓpterea non debēt opinari fratres ꝙ ſua priuilegia ſint immutabilia: ſicut ſi ſic eſſent ligate manus pōtificū vt non poſſint derogare cōceſſis a ſe/vel ſuis predeceſſoribus niſi illa inſererēt:cū eſſet impoſſibile omnia ſcire:cū ſint innumerabilia/ꝛ particularia. ¶Eſt tn̄ aduertēdum an relatio breuis / vel bulle ſuper quā fit cōceſſio ſit vera. Nam ſi eſt falſa:nihil valet qđ conceditur etiā ſi cōtineat maximas clauſulas/ꝛ non obſtātias. ¶Item eſt aduertendū an in totum/vel in partem/aut ad tempus derogent prioribus. Nam licet habeāt littere ſecunde magnas non obſtātias/ꝛ amplas gn̄alitates: non derogāt niſi illis cōtra que ſunt. Uerbi gratia. Ego habeo priuilegiū vt in partes hieroſolymitanas poſſim trāſire: poſtea ꝓhibetur ꝙ in illas partes nullus tranſeat non obſtātibus q̄buſcūqꝫ ꝑuilegijs cōceſſis:ordibus/vel ꝑſonis ꝛc.etiā ſi de eis eorūqꝫ totis tenoribus ꝛc. Nunquid non potero ꝓficiſci ad Cōpoſtellā:cū habeā aliud priuilegium hoc mihi concedēs? Si diceres non qꝛ omnib⁹ priuilegijs eſt derogatū: intellige omnib⁹ priuilegijs derogatū:quo ad trāſeundū in hieruſalē.

Queſtio de ſuſpēſione ꝑuilegiorum.

¶Sed qꝛ derogatio pōt fieri quo ad totalē reuocationē / vel quo ad tꝑalē ſuſpēſionē: ideo queritur ſcđo quid de ſuſpēſionibus priuilegiorū q̄ quotidie fiūt qn̄ cōcedunt bulle cruciate/vel fabrice eccl'ie apl'oꝝ Petri/ꝛ Pauli/ſiue tpe Jubilei aut alie ſil'es?

Reſponſio queſtionis.

¶Dicendū ꝙ inſpiciēda ſunt verba/ꝛ ſcđm ipſa iudicādū:ꝓut in alia queſtione iam dictū eſt:ideo de hoc nō querim⁹. Sed querit quot/vel q̄ priuilegia cōprehēdāt tales ſuſpēſiones? ¶Et vr̄ ꝙ ſolū cōprehēdāt/ꝛ ſuſpēdant illa q̄ poſſent impedire/ vel retardare effectū illoꝝ q̄ ꝑ tale iubileū exhortant vt fiāt:vt ꝓficiſci Romā ad cōſequendū iubileū.ire ad bellū cōtra infideles ad conſequendā indulgentiā.accipere bullam/ꝛ cōtribuere certā qn̄titatē

pecunie pro eadē cauſa. Nam ſi ego haberē ꝑ priuilegiū illud qđ conceditꝛ per iubileū/vel cruciatā ⁊c.vꝫ per cōfeſſionalia/⁊ ſimiles facultates: nō curarē de dicto iubileo/ſeu cruciata ⁊c.ideo ſuſpēduntꝛ talia priuilegia/⁊ facultates: et alie q̄ſtuarie applicāde cruciate ⁊c.nō aūt priuilegia ſuꝑ alias materias/vel in bullis cruciate nō cōtēta/aut ꝑ iubileū nō conceſſa. Qꝛ abſurdū eſſet ꝙ ſuſpēderet illud qđ mihi nō pōt prebere: qꝛ nō habet. ¶ Sed dimiſſa q̄ſtione de ſuſpēſione ꝑ iubileū/⁊ alias bullas quas nō vidim⁹: dicam⁹ de cruciata cōceſſa in Hiſpania primo cōtra mauros regni granate: deinde ꝯtra infideles partiū Affrice. Et dicim⁹ ꝙ clauſula ſuſpēſionis in forma/⁊ ad litterā cōtinebat hec v̄ba. Et ne ꝓpter alias indulgētias: i hoc ſctō ope tardiores xp̄i fideles exiſtāt: oēs ſimiles/aut diſſimiles indulgētias/⁊ facultates a nobis/⁊ eadē ſede/vel ei⁹ auctoritate q̄buſcūq ecclījs/monaſterijs/hoſpitalib⁹/⁊ pijs locis/vniuerſitatib⁹/ꝯfraternitatib⁹/⁊ ſinglarib⁹ pſonis: plenarias/tpales/⁊ ꝑpetuas in vita/vel morť articulo in dictis regnis ꝯceſſas: pro hmōi expediōe dūtaxat ad tp̄s triēnij duratura: ſuſpēdim⁹: ita ꝙ ille etiā ſi clauſulas aliq̄s ꝯtra futurā eaꝝ ſuſpēſionē in ſe cōtinerēt (quaꝝ tenores/⁊ formā: ac ſi de v̄bo ad verbū infererentꝛ preſentib⁹: haberi volum⁹ ꝓ expreſſis) nemini interim vllatenus ſuffragentꝛ. Et ſub excōis late ſentētie pena: hmōi indulgentie durāte triēnio publicari/⁊ predicari: ⁊ eaꝝ pretextu queuis pia ſuffragia poſtulari nequeant.

Queſtio de ſuſpēſionib⁹ cōtētis i bullis cruciate.

¶ Nunc queritꝛ quomodo/vel in quib⁹ p̄dicta ſuſpēſio intelligatꝛ. ¶ Et videtꝛ ꝙ ſolū in indulgētijs cōceſſis viſitātib⁹ ecclīas: monaſteria/hoſpitalia ⁊c. Patet hoc: nā ibi dicitꝛ. Oēs ſiles/aut diſſimiles indulgētias plenarias/tpales/⁊ perpetuas. Additꝛ etiā ꝙ non predicentꝛ/aut publicentꝛ: nec q̄uis ſuffragia poſtulari queāt ſuſpēſione durāte. Item in principio clauſule dicitur. Ne ꝓpter alias indulgētias ⁊c. Attū qꝛ ibi dicitꝛ ne tardiores xp̄i fideles exiſtāt ⁊c. poſſet forte dici: ꝙ oēs alie gr̄e/ſiue facultates: quaꝝ ſiles cōtinentꝛ in bulla cruciate ſuſpēduntꝛ: vꝫ cōfeſſionalia/⁊ alie q̄cūq ibi contēte. Nā videtꝛ velle papa ꝙ (vt xp̄i fideles neceſſitentꝛ ad accipiendū iſtā cruciatā / et cōtribuēdū) nō poſſint facultatib⁹ contētis in bulla cruciate: ꝑ bullas/vel cōfeſſionalia antea habitas vti. Dicere eīn (ꝓut aliqui auſi fuerūt) ꝙ ꝑ iſtā ſuſpēſionē/ſuſpēdebantꝛ oīa priuilegia: facultates/⁊ indulta quibuſcūq perſonis facta: eſt ita abſurdū ꝙ nō indiget reprobatione. Nam eſſet dicere ꝙ etiā eſſet derogatū priuilegijs coꝝ qui habēt facultatē teſtādi/⁊ priuilegijs religionū/vniuerſitatū/⁊ aliarū perſonaꝝ ſuꝑ diuerſis materijs: ita ꝙ durāte tp̄e ſuſpēſiōis nō poſſent tūc vti eis illa habētes. Et ſic ꝙ ꝓ illo tp̄e eſſent religiōes ordinarijs ſubiecte: ⁊ ꝙ nō poſſent p̄lati religionū abſoluere ſuos ſubditos a caſib⁹ eis ꝑ ſedē ap̄licā ꝯceſſis/nec a caſib⁹ ep̄is reſuatis: niſi ſibi ep̄i darēt cōmiſſionē. Et ſic de alijs infinitis incōueniētib⁹. ¶ Propter qđ teneam⁹ (ꝓut ſupra dictū eſt) ꝙ ꝑ ſuſpēſionē ſupradictā ſuſpēduntꝛ oēs indulgētie q̄ſtuarie: ⁊ oēs facultates cōtēte in

Reſolutio q̄ſtionis.

bulla cruciate hmōi: q̄ antea virtute alioꝝ indultoꝝ habebantꝛ. Et quo ad religioſos eſt etiā aliud: qꝛ.ſ. in tali ſuſpēſione nō ſuſpēduntꝛ cōceſſiones religionū. Qꝛ licet dicatꝛ de monaſterijs: intelligēdū videtꝛ de indulgētijs cōceſſis viſitātibus monaſteria ⁊c. ¶ Sed an etiā propter hoc indulgētie ſuſpēdantꝛ quo ad fratres? Videtꝛ ꝙ nō. Nā ꝓut dixi: nō ſuſpēdit cōceſſiones religionū: nec ſunt quo ad religioſos q̄ſtuarie: cū illas nō cōſequantur porrigēdo manus adiutrices: ſed coꝛ purū/⁊ orationes deuotas; q̄b⁹ plus ꝓderūt intētioni cruciate/q̄

pecunijs. Et ſic videtur ꝙ nō ſunt in preiudiciū cruciate. Et forte hoc intendit Sixtus.4.talia v̄ba dicēs: vt ptꝫ ſupra in dictione Indulgētie ſtationū.§.7. Et ſic declarāt ſemꝑ cōmiſſarij dicte cruciate: cū ad eos recurrit̄. Et in ſpecali quo ad fratres mi.obſ. ita conceſſit Leo.10. vt poſitū eſt ſupra.§.21. Tn ſecurius eſſet procurare ꝙ emēdaret̄ ille ſtillus: ⁊ ꝙ expreſſe exciperent̄ indulgētie fratrū quo ad pſonas ſuas: ⁊ etiā quo ad alios: in his q̄ nō poſſunt diuidi. Et vcꝫ habem⁹ priuilegiū ſuſpēdēdi interdictū in noſtris feſtiuitatib⁹: non poſſemus bene ipſo vti niſi ſeclares poſſent audire diuina: licet per bullas cruciate ipſis cōcedat̄ ꝙ poſſint audire diuina tali tp̄e ianuis clauſis ⁊c. ¶ Hec poſita ſunt ꝑpter multos ſcrupulos fratrū: ⁊ vt p̄lati ꝓuideāt/aut ꝓuideri ꝓcurēt: q2 aliter nunq̄ quietabunt̄ aliqui fratres: neqꝫ ex oībus hijs ſatiſfiet ipſis.

# Probatio nouitiorum.

¶ Circa tempus probationis nouitiorum in ordine fratrū mino. ſunt nōnulla ſtatuta/et conceſſa per varios ſummos pontifices: que poſita ſunt ſupra in dictione Nouitius.§.1.et.4.et.5.et.16.et.17.et.20.vide ibi. Collector.

# Proceſſiones.

1 Pro fratrib⁹ mi.obſer. et conuētualibus.

Alexander.6.ſtatuit ꝙ fratres ordinis mi.de obſ. in ꝓceſſionibus nō ſeparent̄ a fratribus conuentualibus eiuſdē ordinis. Et declarauit ꝙ in hmōi proceſſionibus ille modus/ ⁊ ordo circa precedentiā obſeruari debet in fratrib⁹ obſeruātibus dicti ordinis reſpectu fratrū alioꝝ ordinū: q̄ in fratrib⁹ cōuentualibus predicti ordinis obſeruat̄. Ita vt nulla ſeparatio/vel diuiſio fiat inter hmōi frateres obſeruātes/⁊ conuentuales. h.ffo.56.conce.67.

2 Leo.10.in cōcilio Lateranēſi ſtatuit: ꝙ fratres req̄ſiti a p̄latis eccl'iarū ad ꝓceſſiones ſolēnes pro tp̄e faciēdas accedere debeant ad illas: dūmodo domus/ſeu loca eorūdem fratrū: nō ſint remota vltra vnū milliare a ciuitatibus/vel opidis vbi faciēda eſt proceſſio. B.fffo.25.conce.71.

3 In fauorem fratrum mi. obſeruantie.

¶ IDEM leo ſtatuit: ꝙ ne inter fratres mi.obſ. ⁊ cōuētuales ſup p̄cedētia/ diſſenſio/⁊ cōtentio oriat̄: talis inter eos ordo ſeruet̄: vcꝫ ꝙ in ꝓceſſionib⁹/et funeralibus/ac exequijs: necnō ⁊ in alijs actibus publicis in quibus fratres obſeruātes/et cōuentuales cōuenerint: fratres cōuētuales fratribus regularis obſeruātie locum digniorem relinquere teneantur. B.fffo.32.conce.113.

4 De p̄cedētia crucis fratrū mi.obſer.

¶ IDEM leo poſtea declarauit: tam fratres mino. obſer. q̄ conuentuales in quibuſcunqꝫ proceſſionibus/et alijs actibus publicis in quibus eos ſimul adeſſe contigerit: ſuas cruces poſſe/⁊ debere deferre: ita tamen ꝙ ſicut ipſi fratres obſeruantie regularis locum digniorem inter omnes alios fratres dicti ordinis tenere debent: ſic etiam eorum cruces in parte/ſeu loco digniori proceſſionis deferri poſſint/⁊ debeant. B.fffo.36.conce.121.

5 Contra fratres Auguſtinenſes.

¶ IDEM leo ad amouendum aliquas cōtentiones inter fratres mi.obſ.et Auguſtinēſes/⁊ alios mēdicātes ſup precedētia in ꝓceſſionib⁹ exortas: declarauit ꝙ predicti fratres mi. poſt capl'm generaliſſimū Rome tp̄e eiuſdē Leonis celebratū: habēt ⁊ habere debēt in ꝓceſſionibus/et in ceteris actib⁹ publicis illam preeminentiā/⁊ locum quē ante prefatum cap tulū habebant fratres mino. cōuentuales. Sed in locis vbi fratres mi. conuentuales nunq̄ fue-

runt ſed ſoli obſeruantes:precepit vt inter fratres mino.obſeruantes/ ⁊ alios fratres ordinū mēdicātiū ſequēs ordo obſuet. Nō ſcʒ fratres mi.obſ.antiquū ſemꝑ locū teneāt quē ordo ſancti Frāciſci in ſiſib⁹ actib⁹ tenere alibi ꝯſueuit: niſi cōſuetudo antiq̄t⁹ approbata/ ⁊ legitime obſeruata ſec⁹ habeat. Sup his aūt vt bene ſeruent dat ꝯſeruatores oēs eccliaꝝ ꝑlatos. B.ffo.57.cōce.158.

# Procuratores ſeu fratrum ſyndici.

1 De inſtitutione ꝓcuratorum.

Innocentius.4.cōceſſit miniſtris fratrū mi.auctoritatē:quatenus in ꝓuincijs eis cōmiſſis: ꝑ ſe/vel fratres ſuos quib⁹ id duxerint cōmittēdū: poſſint ꝯſtituere/vel noīare aliquos viros idoneos deū timētes: qui ſcđm indigentiā cōuentuū/ſeu domoꝝ predictoꝝ fratrū: poſſint res cōceſſas fratribus hmōi auctoritate aplīca petere/ ac vēdere/cōmutare/alienare/ tractare/expendere/permutare/ ⁊ in fratrum vſum conuertere. Conceſſit etiā ꝙ liceat predictis miniſtris prefatos viros ſic cōſtitutos remouere: alioſq; ad predicta exequēda ſine difficultate aliqua ſubrogare: quoties videbitur oportunum. B.fo.29. Et ffo.113.conce.247.

2 Interdictū.

Clemens.4.cōceſſit ꝙ procuratores negociorum fratrum mino.poſſint tpe interdicti in locis predictorum fratrū audire diuina:niſi ipſi procuratores cauſam dederint interdicto:vel excōmunicari ſpecialiter/ſeu interdici contigerit eoſdem. B.fo.56. Et ffo.140.conce.316.

3 De ꝓcuratorū nominatione/ſeu inſtitutione.

Martinus.4.conceſſit generali/ ⁊ prouincialib⁹/ ac cuſtodibuſ vniuerſis ordinis fratrū mi. ꝙ poſſint nominare aliquas ꝑſonas que nō ſint de predicto ordine:que ꝑſone ſic noīate habeāt (circa res cōcernētes ꝑdictos fratres) adminiſtrationē legitimā/ ⁊ generalē/ ac liberā. Et decreuit ꝙ tales ꝑſone ſint veri/ et legitimi adminiſtratores economi ſyndici/ et actores: q̄ res ꝑdictas/ ⁊ rerū ꝑdictaꝝ preciū noīe Romane eccl̄ie recipiāt: et ꝑ eodē in fratrū ꝑdictoꝝ vtilitates (ꝓut eis licet ex regula/vel declaratione regule) conuertant:qñ a predictis miniſtris/vel alijs fratribus: de aſſenſu eorūdem miniſtroꝝ fuerint requiſiti. Et generaliter cōceſſit ꝙ predicte ꝑſone habeāt facultatē procurandi in omnibus cauſis pro rebus/ ⁊ locis ad eccleſiā Romanā ſpectātibus/ ⁊ ipſoꝝ fratrū vſui conceſſis. Necnon pro immunitatibus/libertatibus/iuribus/ac priuilegijs eorūdem fratrum/ ⁊ ſuorum cōuentuum/ſeu domorum. B.fo.46. Et ffo.129.conce.290.

Collector.

¶ Aduertendū eſt circa predictā cōceſſionē ꝙ guardiani:etiā cū toto ſuo cōuētu:nō poſſunt predictos ꝓcuratores/vel ſindicos nominare:q2 hoc ſolū conceſſit miniſtris/ ⁊ cuſtodibus. Et ſimiliter eſt aduertēdum ꝙ miniſtri/ ſeu cuſtodes non inſtituūt prefatos procuratores/vel ſyndicoſ:ſed ſimpliciter nomināt: et ſic nominati per illos inſtituuntur a ſummo pontifice pro procuratoribus/ ⁊ ſindicis ſue ſanctitatis/ ⁊ eccl̄ie Romane:ad quā pertinēt res cōceſſe fratrib⁹ qñ dātes non reſeruauerūt ſibi dominiū: ⁊ qñ hmōi res ſunt tales quoꝝ vſum licet fratribus predictis habere. Unde ſequitur ꝙ reſpectu rerum in quibus dantes reſeruauerūt ſibi dominium: aut quarum vſum non licet/vel aliquādo licuit fratribus habere:nihil poſſunt agere procuratores/vel ſyndici.

4 Indulgētie.

¶ IDEM martinus cōceſſit procuratoribus fratrū mi. in curijs eccleſiaſticis/ ⁊ ciuilibus laborātes pro defenſione ordinis predictoꝝ fratrū: eccliarūq;

ſuarum: ſingulis annis indulgentiam centum annorum.b.ffo.260.côce.663.

Nicolaus.4.fecit conſimilem conceſſionem circa procuratores vel ſindicos: prout fecerat Martinus.4.in côceſſione ſupra poſita.§.3.B.fo.23.Et.ffo.107.conce.230. 5

Concilium Conſtantienſe ſtatuit q generalis fratrum mi.poſſit et debeat in côuentibus ſibi ſubditis tollere quecunq ſuperflua: ſiue ſint in rebus mobilibus vel immobilibus: qtum fieri poterit bono modo: habito ſemper côſilio antiquor et diſcretor fratruz ſuor. Et voluit q prefatus generalis eligat (ſi opus fuerit) aliquas perſonas fideles qui predictas ſuperfluitates: auctoritate dicti concilij vendant / et commutent / aut alias in operibus conuertant.B.fo.26.Et.ffo.110.conce.236. 6 Generalis miniſter. Paupertas.

Martinus.5.litteras Martini.4.ſuprapoſitas.§.4.approbauit ⁊ fulminauit: illas inſerendo de verbo ad verbum: ⁊ conceſſit miniſtris ⁊ cuſtodibus / ac alijs fratribus mi.q litteris predictis: ac omnibus in eis côtentis libere / ⁊ licite vti valeant / tamdiu / ⁊ quouſq per ſedem apoſtolicam aliud in premiſſis eidem ordini vtilius fuerit ordinatû. Non obſtante côſtitutione Joannis.22.Que incipit Ad côditorê: per quam predictis fratribus: ne litteris ⁊ côceſſione prefatis: ſine ſpeciali ſedis apoſtolice licêtia vterentur: prohibitum fuerat.b.fo.39.Et.ffo.38.conce.42.prope finem. 7 Côtra ioânê papam.xxij.

IDEM Martinus côfirmauit côſtitutiones que vulgariter appellantur martiniane quas quidam legatus a latere prefati pontificis ordinauerat: in quibus quo ad procuratores fratrû habetur ſequens ſtatutum. Statuimus ⁊ ordinamus iuxta declarationê Nicolai.3.et Clementis.5.ac Martini.4.et.5.q quilibet côuentus ſeu locus habeat ſuû procuratorê.economû ſindicum / ⁊ actorem: cui omnis eleemoſina pecuniaria / ⁊ alia que ad pecuniam reduci poſſunt integraliter aſſignentur. Qui eaſdem diſpenſare debeat legaliter / ⁊ fideliter pro reparatione côuentuum ⁊ locor: ac alias quoq neceſſitates fratrum pro têpore occurrêtes. Et infra. In omnibus autê que vltra hoc magis videntur arctari fratres / ſiue ex declaratione Clementis / ſiue quacûq alia declaratione ſummor pontificû: vel aliorum quorûcûq: apoſtolica nobis auctoritate cômiſſa miſericorditer diſpenſamus. Nô aſtringêtes eos propterea qui voluerint predictas declarationes ſeruare: quin ſuo voto ſatiſfacientes: ſeruare valeât / et tenere. Habetur hoc.fo.233.trac.3. Côfirmatio autem huiuſmodi ſtatuti: et conſtitutionû exiſtit.b.fo.38.Et.ffo.36.conce.41. 8 Statutû generale.

Aduertendû et notandû eſt q huôi ordinatione / ac diſpêſatione vtuntur fratres mi.obſer.partium italie: qui prefatas conſtitutiones acceptauerunt: necnon et bullam Martini.4.ſuper poſitam.§.3.Et ideo ipſi omnê eleemoſinam pecuniariâ: ⁊ alia ad pecuniâ reducibilia / aſſignât huôi procuratoribꝰ ſeu ſindicis tamq nuntijs nominatis per papâ qui nomine pape tenent dictâ pecuniâ pro fratrû neceſſitatibus ſuo têpore expendendâ. Sed fratres hiſpani / et galli / ac alemani qui obſeruâter viuunt: qꝛ predictâ diſpenſationê nô acceptauerût: vtuntur ſindico ſolû et preciſe ad hoc vt ſi aliquid ſuperfluû vel inutile in côuentu fuerit inuêtum: vt puta ſi mulus / aut aſinus ſenuerint: ſiue aliquid aliud quod vno tpe fuit neceſſariû: et poſtea non eſt: immo optꝫ vendi aliquid predictor: tunc prefatus procurator nomine pape cuius eſt ſindicus vendat: et preciû in alias neceſſitates fratrû côuertat. Et de iſto ſindico locu- Collector. Nota.

tus eſt Nicolaus.3.in declaratione regule dicēs debere dari a papa/vel a protectore ordinis. Et taliter vti ſindico: eſt regulā pure obſeruare. Et talē nō habere: eſt periculoſe cōmittere. Vix em̄ reperietur aliquis cōuentus/ ſeu locus fratrū mi. qui aliquādo nō indigeat vt aliquid vēdatur/⁊ renouetur. Et ſi dicas ꝙ poterit vendi:⁊ pecunia recipi et expendi per aliquē amicum ſpiritualem qui nō ſit ſindicus pape: dico ꝙ hoc nequit fieri ſine tranſgranſſione voti paupertatis. Quia tunc ille amicus ſpiritualis faceret predicta/ auctoritate fratrū:⁊ ſic eſſet interpoſita perſona: ex quo papa pro hmōi rebus quaꝝ dominium pertinet ad ipſum ⁊ ſedē apoſtolicā ordinauit ſuū ſindicū: et nō reliquit hoc voluntati fratrū. Dico etiā ꝙ talis amicus ſpiritualis in ſupradicto caſu cōmitteret furtū cōtrectando rē alienā inuito dn̄o.ſ.papa. ¶ Aliqui tn̄ fratres vtuntur hmōi procuratore vel ſyndico in oībus contentis in bulla ſupradicta Martini.4.et.5.excepto in petitione/ ac receptiōe elemoſinaꝝ et denarioꝝ ſeu pecuniarū aliter obuenientiū ꝙ̄ per teſtamenta: vt faciēdo petere ea que pro habitibus pro defunctis acceptis/vel pro celebrādis miſſis fuerūt promiſſa.⁊c. Sed tales vtuntur diſpenſatione cōtra declarationē Nicolai.3.quam ſicut ⁊ regulam obſeruare tenentur: cum ſm iura: declaratū ⁊ declaratio ſint idem. Et preſertim (qꝛ vt ſupradixi) non fuit acceptata predicta diſpēſatio: niſi in partibus italie. Unde cōtra talia preſumentes factum eſt quoddam ſtatutum in capitulo generali in conuentu Lavalis prouincie Turonie celebrato Anno domini.1503.ſub forma ſequenti.

Statutū generale. ¶ Deponantur omnes guardiani:⁊ pena proprietarij puniantur qui ratione debiti cuiuſcunq̃/ſeu aliorum bonorum temporalium fecerint excōmunicari ſeu detineri/vel vexari quoſcunq̃ ſeculares. Subditi vero qui talia procurauerint: pena proprietarij puniantur: et de conuentu confuſibiliter expellantur.fo.230,tracta.3. Et.ffo.249,in tracta.2.

Collector. ¶ Aduertēdū eſt inſuper ꝙ extra caſum quo aliquid cōceſſum vſui fratrū cuius dn̄ium attinet ad papā/dʒ vēdi: nō indigent fratres hmōi ꝓcuratore/ vel ſyndico. Et ĩ caſu ꝙ heredes vellēt defraudare eos legatis ĩ teſtamētis: habēt duplex remedium: prout poſitū eſt ſupra in dictione Hereditas in fine cōceſſionum. Qui autē latius videre voluerit materiā hanc procuratorum/⁊ ſyndicorum: reperiet eā optime diſcuſſam et elucidatā in tractatu intitulato Speculū fratrū mi. prope finē additionū articuli.5.declarationis Nicolai.3. Et in additionibus articuli.11. Uide ibi ac nota bene: et ſic in hac materia nō errabis.

9 Eugenius.4.litteras predictoꝝ Martini.4.et.5.de verbo ad verbum in ſuis litteris inſeruit: decernens ꝙ hmōi litteris eadem fides adhibeatur vbicūq̃: ſicut originalibus litteris predictoꝝ pōtificum adhiberētur ſi oſtēſe forent. Noluit tn̄ vt per hoc aliquod ius de nouo acquireretur predictis fratribus: ſed ꝙ antiquū ius (ſi quod habebant) tantūmodo eis conſeruaretur.b.fo.40. Et.ffo.38.conce.42.in fine.

10 Pro frībus mi. cōuētus. Sixtus.4.approbauit ⁊ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit litteras ſuorum predeceſſorum circa procuratorum ⁊ ſyndicorum nominationem/ et inſtitutionem / ac illorum auctoritatem. Et inſuper ampliauit predictoꝝ procuratorum auctoritatem quoad aliqua que non attinent ad fratres mino. obſeruantes: quapropter nō oportet hic illa referre. B. fo.62. Et.ffo.146.conce.356.

**Innocentius.** 8.conceſſit vt procuratores fratrũ mi. eorũq; ſub/ 11
ſtituti:liberi/parẽtes/fratres/ſorores/⁊ vxores eo
rum poſſint promereri indulgentias ſtationum / et alias fratribus predictis Indulgentie
conceſſas:dicendo in eccleſijs hmõi fratrum quinq; Pater noſter: et totidem
Aue maria pro felici ſtatu Romane eccleſie.o.fo.65.Et.ffo.70.conce.162.

**Iulius.** 2.cõceſſit cuidã gñali fratrũ mi.cõuentualiũ:q; predicti ꝓcu/ 12
ratores,vel ſyndici poſſint ⁊ debeãt adminiſtrare bona relicta Pro fr̃ibus
fratrib⁹ ṗdictis/vel monialib⁹.s.Clare:ac fruct⁹ ⁊ reddit⁹ ex illis ꝓueniẽtes cõuẽtualib⁹.
cõuertere in vſus ⁊ neceſſitates fratrũ/ſeu monialiũ hmõi reſpectiue.Multa
etiam alia concedit ibidem:ſe d q: non deſeruiunt fratribus obſer.omitũtur.
b.ffo.59.conce.71.

# Profeſſio fratrum mendicantium.

Circa profeſſiõis emiſſionẽ in ordinib⁹ fratrũ mendicantiũ factã vel fien Collector.
dã:ſunt multa ⁊ varia cõceſſa per multos ſummos põtifices:que poſita
ſunt ſupra in dictione Nouicius.§.1.et.4.et.5.et.13.et.16.vſq; ad.20.

# Promotio ad ordines.

Quo ad promotionẽ ad ordines ſacros:preſertim ad ſacerdotiũ : fecerũt Collector.
aliqui ſummi põtifices aliquas cõceſſiones/⁊ diſpenſationes in fauorez
fratrum minoꝝ:ac nõnulla alia pertinentia ad promotiones cõceſſerũt. Sed
quia hec poſita ſunt in dictione Ordines ſacri/in multis.§: ideo ſuperfluum
foret illa hic repetere. Uide etiã in dictiõe Diſpẽſatio.§.11.et.12.et.13.ac.20.

# Protector ordinis.

**Gregorius.** 9.diſtricte inhibuit ne cardinalis protector or 1
dinis fratrũ mino.ſe intromittat in rebus per Officia ordi
tinentibus ad officia ⁊ gubernationẽ ſeu correctionem fratrũ di nis.
cti ordinis:niſi quãdo predicti fratres/ aut aliqui ipſoꝝ aliquid
cõmitterent cõtra tres articulos in regula predictoꝝ fratrũ con/ Correctio.
tentos:videlicet quãdo deuiarent ab vnitate fidei:vel ab obedientia romane
eccleſie:aut ab obſeruantia ſue regule. Ita q; dictus ordo ⁊ fratres eiuſdẽ or
dinis in nullo ſint ſubiecti protectori huiuſmodi / niſi dumtaxat in caſu quo
ipſorum fratrum communitas/ vel generale capitulum (q; abſit) a predictis
articulis/vel eorum aliquo deuiarent. Decreuit etiam irritum ⁊ inane quid/
quid ſecus factum fuerit. ¶ Statuit inſuper q; fratres predicti ordinis re/
currentes ad protectorem tanq̃ ad prelatum/ pro licentijs/vel alijs conſimi/ Nota.
libus: puniantur grauiter/et actibus legitimis/ ⁊ officijs ordinis ſint ſuſpen
ſi ipſo facto.B.ffo.137.conceſſione.304.

**Sixtus.** 4.approbauit litteras ſupradictas Gregorij.9.inſerendo il 2
las de verbo ad verbum:et robur perpetue firmitatis obtine Declaratio
re decreuit.Ac etiam declarauit: q; nec adhuc in prefatis tribus caſibus ha/ precedẽtis cõ
beat auctoritatem prefatus protector / quando non vniuerſi ſed ſolum aliqui ceſſionis.
predicti ordinis profeſſores:in quouis numero/a fidei vnitate:ac ſacroſancte
Romane eccleſie obedientia deuiarent; vel regulam prefatam non obſerua/
rent.B.ffo.138.conce.304.

3 Pro monialibꝰ.s.clare. **Urbanus**.4.ſtatuit:ꝙ moniales ſancte Clare ſint ſubdite cardinali qui pro tēpore fuerit protector ordinis fratrum mi.⁊ illi teneantur firmiter obedire. Et ꝙ hmōi protector habeat curā ⁊ regimen dicti ordinis ſancte Clare:necnon ⁊ perſonarum inſiſtentium ſeruitijs monaſteriorum huiuſmodi ordinis:ſcilicet cappellanorum/oblatorum/⁊ familiarium b.fo.291.in tracta.3.Et.ffo.319.tractatu.2.

4 De ingreſſu mona.s.cla. **Martinus**.5.ſtatuit ꝙ prefatus protector nō poſſit vllo modo dare licentiam aliquibus perſonis:ad ingrediendum monaſteria ſancte Clare/inconſulto romano pontifice:ſeu abſq; ſedis apoſtolice licentia ſpeciali.b.ffo.36.conce.41.

5 Pro monialibꝰ.s.clare. **Iulius**.2.cōceſſit vt prouinciales fratrū mi.habeāt eādē poteſtatē/et facultatē circa moniales.s.clare illoꝝ cure cōmiſſas quā Urbanꝰ.4.i regu.pdictaꝝ monialiū ꝯmiſit ꝓtectori dicti ordīs.B.fffo.72.cō.220

